ORDO

DIVINI OFFICII RECITANDI

MISSÆQUE CELEBRANDÆ

IN ANNUM MDCCCCIV

A SINGULIS EPISCOPIS HIBERNICIS

APPROBATUS

EORUMQUE JUSSU

A VENERABILI CLERO SÆCULARI

UNICE SERVANDUS

"*Benedicite, sacerdotes Domini, Domino.*"—DAN. iii.

Dublinii:
Ex Typis
DUFFY ET SOC., 15 WELLINGTON QUAY,
BIBLIOPOL. ILLUSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI
GULIELMI, ARCHIEPISCOPI DUBLINENSIS.
1904.

Imprimatur:

✠ GULIELMUS,

ARCHIEPISCOPUS DUBLINENSIS,

HIBERNIÆ PRIMAS.

Die xi ante Kal. Jan.

APPROBATIO.

ORDINEM DIVINI OFFICII RECITANDI, MISSÆQUE CELEBRANDÆ IN ANNUM MDCCCCIV, APPROBAMUS; EUNDEMQUE A CLERO SÆCULARI DIŒCESIUM NOSTRARUM UNICE SERVANDUM ESSE DECERNIMUS.

✠ MICHAEL CARD. LOGUE, Archiepus. Armac., Totiusque Hiberniæ Primas.

✠ GULIELMUS, Archiepus. Dublinen., et Hiberniæ Primas

✠ THOMAS FENNELLY, Archiepus. Casseliensis, &c.

✠ JOANNES HEALY, Archiep. Tuamensis.

✠ F. J. MACCORMACK, Epus. Galviensis, &c.

✠ THOMAS A. O'CALLAGHAN, Epus. Corcagiensis.

✠ JACOBUS BROWNE, Epus. Fernensis

✠ ABRAHAM BROWNRIGG, Epus. Ossoriensis.

✠ EDVARDUS T. O'DWYER, Epus. Limericensis.

✠ PATRITIUS O'DONNELL, Epus. Rapotensis.

✠ JOANNES LYSTER, Epus. Achadensis.

✠ EDVARDUS MACGENNIS, Epus. Kilmorensis.

✠ JOANNES COFFEY, Epus. Kerriensis.

✠ THOMAS MACREDMOND, Epus. Laonensis.

✠ JOANNES K. O'DOHERTY, Epus. Derriensis.

✠ RICARDUS A. SHEEHAN, Epus. Waterfordiensis, &c.

✠ JOANNES CONMY, Epus. Alladensis.

✠ ROBERTUS BROWNE, Epus. Cloynensis.

✠ RICARDUS OWENS, Epus. Clogherensis.

✠ JOSEPHUS HOARE, Epus. Ardaghensis, &c.

✠ JOANNES CLANCY, Epus. Elphinensis.

✠ HENRICUS HENRY, Epus. Dunen. et Connoren.

✠ PATRITIUS FOLEY, Epus. Darensis.

✠ DIONYSIUS KELLY, Epus. Rossensis.

✠ MATTHÆUS GAFFNEY, Epus. Midensis.

✠ HENRICUS O'NEILL, Epus., Dromorensis,

✠ THOMAS O'DEA, Epus. Clonfertensis.

✠ NICHOLAS DONNELLY, Epus. Caneensis.

J.M.J.

ANNUS DOMINI MDCCCCIV.

TABULA CYCLORUM CHRONOLOGICORUM.

Aureus Numerus . .	5	Indictio Romana . .	2
Epacta	xiii	Littera Dominicalis . .	c b
Cyclus Solaris . . .	9	Litt. Martyr. Rom. . .	n

Hæc Littera Martyrologii quotidie indicat Lunæ ætatem juxta computum ecclesiasticum.

TEMPORA ET FESTA MOBILIA.

Dominica Septuages. .	Jan. 31	Dominica Pentecostes	Maii 22
Dies Cinerum .	Feb. 17	Solemn. Corp. Christi	Jun. 2
Dom. Resurrect. Dni.	Apr. 3	Dominicæ post Pent.	XXVI
Ascensio Domini .	Maii 12	Dom. Ima Adventus	Nov. 27

QUATUOR ANNI TEMPORA.

In Vere .	24, 26, 27 Feb.	In Autumno .	21, 23, 24 Sept.
In Æstate .	25, 27, 28 Maii	In Hieme .	14, 16, 17 Dec.

FESTA CUM PRÆCEPTO SACRUM AUDIENDI ET AB OPERIBUS SERVILIBUS ABSTINENDI.

Omnes Dominicæ per annum.
Nativitas Domini.
Circumcisio Domini.
Epiphania Domini.
Fest. S. Patricii, Hib. Patroni.
Annunciatio B.M.V.
Ascensio Domini.
Solemnitas Corporis Christi.
Fest. Ss. Apost. Petri et Pauli.
Assumptio B.M.V.
Solemnitas Omnium Sanctorum.

FERIÆ ET VIGILIÆ IN QUIBUS JEJUNIUM PRÆCIPITUR.

Omnes Feriæ Quartæ et Sextæ Adventûs.

Feriæ Quartæ et Sextæ et Sabbata Quatuor Temporum.

A die Cinerum usque ad Pascha, Dominicis exceptis.

Vigilia Nativitatis Domini.

Vigilia Pentecostes.

In Quadragesima communiter permittitur Lacticiniorum usus, omnibus diebus, exceptis Feriis Quartis Cinerum et Hebdomadæ Majoris, et Feria Sexta in Parasceve.

Vigilia Ss. Apost. Pet. et Pauli.

,, Assumptionis Beatæ Virginis Mariæ.

,, Omnium Sanctorum.

Quando Vigiliæ illæ in Dominicis incidunt, jejunium servatur in Sabbato præcedenti. Si jejunium cadet in Feriis sextis, non præcipitur abstinentia ab ovis, nisi Feria sexta majoris hebdomadæ, vigiliis Ss. Pet. et Pauli, Apost., Assumpt. B.V.M., Omn. SS., et Nativ. Dni. J. Chr.

Abstinentia a carnibus fit in omnibus feriis sextis per annum (nisi incidat Solemnitas Nativit. Dni.), et in Dominicis Quadragesimæ, nisi aliter indulgeatur hoc tempore ob rationabilem causam, ut plurimum fit ab Episcopis in propriis Diœcesibus. Quando permittitur usus carnium in Quadragesima, subaudi, semel in die, et hoc post meridiem ; in eadem refectione carnes simul cum piscibus edere non licet.

FESTA ABROGATA

QUOAD PRÆCEPTUM AUDIENDI MISSAM ET AB OPERIBUS SERVILIBUS ABSTINENDI—REMANENTE TAMEN EX PARTE PAROCHORUM OBLIGATIONE MISSAM PRO POPULO OFFERENDI.

Pius Sextus in festis sequentibus dispensavit circa præceptum audiendi Missam, et ab operibus servilibus abstinendi; tem circa jejunium in vigiliis, quæ nonnullis ex his festis præcedunt, quod tamen observandum mandavit in singulis Feriis Quartis et Sextis Adventûs: circa functiones vero Ecclesiasticas nihil innovetur.—Ex audientia, 29 Martii, 1778, et 23 Martii, 1779.

Purificatio B. Mariæ Virginis.	2 Feb.	S. Bartholomæi, Ap.	24 Aug.
S. Matthiæ, Apostoli	25 „	Nativitas B. V. Mariæ	8 Sep.
S. Joseph, Sponsi Beatæ Mariæ Virginis	19 Mar.	S. Matthæi, Ap. et Ev.	21 „
Feriæ 2da et 3tia Paschæ.		S. Michælis, Archang.	29 „
Ss. Philippi et Jacobi	1 Maii	Ss. Simonis et Judæ, Apost.	28 Oct.
Inventio Sanctæ Crucis	3 „	S. Andreæ, Apostoli	30 Nov.
Feriæ 2da et 3tia Pentecostes.		Im. Conceptio B.V.M.	8 Dec.
S. Joannis Baptistæ	24 Jun.	S. Thomæ, Apostoli	21 „
S. Jacobi, Apostoli	25 Jul.	S. Stephani, Protom.	26 „
S. Annæ, Matris B.V.	26 „	S. Joannis, Ap. et Ev.	27 „
S. Laurentii, Martyr	10 Aug	Ss. Innocentium	28 „
		S. Sylvestri, P. et C.	31 „

COMMUNIO PASCHALIS.

Tempus satisfaciendi præcepto Communionis Paschalis in propria Parœcia extenditur, quibusdam in Diœcesibus: A feria 4. Ciner. usq. ad diem Oct. Ss. Petri et Pauli; in aliis vero usque ad Festum Ascensionis Domini.

SOLEMNITATES NUPTIARUM PROHIBENTUR.

a	Dom. 1 Adv. 27 Nov.	usq. ad	Soln. Epiph. 6 Jan.	inclusive.
	Die Ciner. 17 Feb.		Dom. in Alb. 10 Apr.	

Matrimonium dicitur clandestinum, quod non contrahitur ioram proprio Parocho, aut de ipsius Parochi vel Ordinarii icentia coram alio sacerdote, et duobus saltem testibus; et est inviladum in omnibus locis. ubi Concilii Tridentini Decretum (Sess. XXIV. cap. 1, de Reform. Matrim.) de hoc promulgatum vel receptum est.

Hoc decretum vigebat a tempore immemorabili in omnibus Diœcesibus Hiberniæ, præter Archidiœcesim Dublinensem, et Diœceses Kildarensem, Fernensem, Ossoriensem, Midensem et Galviensem, sed in his Diœcesibus publicatum fuit die 2d, Decembris, 1827, et vigorem habuit triginta post dies, nempe in die 1ma Januarii sequentis anni 1828; ideoque nunc viget in tota Hibernia.

DE INDULGENTIIS.

TABULA FESTORUM,

In quibus Indulgentia plenaria omnibus Christi-fidelibus totius regni conceditur, qui confessi sacram communionem perceperint.

In Festis:
- Circumcisionis et Epiphaniæ Domini.
- Purificat. B. Virg. Mariæ, vel in Dom. sequenti.
- S. Patritii, Episc. vel in aliqua sequent. sept. dierum.
- Annunciationis et Assumptionis B. V. Mariæ.
- Resurrectionis et Ascensionis Domini.
- Pentecostes et Ssmi. Corporis Christi.

In Festis:
- Ssmæ. Trinit. vel in aliqua sequentium sept. dierum.
- Ss. Apost. Petri et Pauli, vel aliqua die inf. Octav.
- Concept. et Nativit. B. V. Mariæ, vel in Dom. seq.
- Sanctorum omnium et Nativitatis Domini.
- Titularium Ecclesiar. seu Oratoriorum Hiberniæ.

In Dominica prima cujusque mensis.

Paschalis præcepti peractio a prima die Quadrag. inclusive, usq. ad Dom. in Albis inclusive.

In festo Ssmi. Cordis Jesu.

In prima feria sexta cujusque mensis. (eis qui post confessionem et communionem meditati fuerint paululum supra infinitam bonitatem Sacri Cordis Jesu.)

EXCERPTA

E RUBRICIS ET S. R. C. DECRETIS

DE MISSA ET OFFICIO.

—+—

I. DE MISSA.

I. DE DIVERSIS AD MISSAM SPECTANTIBUS.

1. Altare operiatur tribus mappis seu tobaleis mundis, superiori saltem oblonga, quæ usque ad terram pertingat. (Rub. Miss.; Cær. Episc.)

Corporale et Palla separatim benedici possunt, sed eadem formula.—Purificatorium autem nulla benedictione indiget (S. R. C. 7 Sept. 1816.)

Corporale non debet retineri extensum super altare toto tempore quo celebrantur missæ, donec ab ultimo celebrante reportetur ad sacrarium, nec etiam extra bursam deferri. (S. R. C. 13 Sept. 1704.)

Prima lotio Purificat., Corporal., et Pallarum fieri debet a Ministris Sacris, non autem a Sanctimonialibus. (S. R. C. 12 Sept. 1857.)—Calix et Patena consecrata, Corporalia, Pallæ, Purificatoria non lota, a laicis tangi nequeunt, saltem absque licentia Ordinarii.

Nota.—Hæc prohibitio non extenditur ad vasa quæ simplici benedictione donantur, ac proinde non ad pixidem nec ostensorium aut lunulam, quæ vacua absque culpa tangi possunt a laicis, secluso tamen scandali periculo.

Calix aut Patena, si iterum inauretur, iterum consecrari debet. (S. R. C. 14 Junii 1845.) Sed antequam tradantur illa vasa artifici non debent a sacerdote execrari. (20 Apr. 1822.)

2. Usus Ecclesiarum laneas casulas non admittit. (18 Decemb. 1877.) Velum Calicis, juxta Rubr., debet esse e panno serico, nisi forsan sit contextum auro vel argento.—Cingulum potest esse sericum et coloris paramentorum, sed congruentius est lineum et album. (S. R. C. 22 Jan. 1701, 7 et 8 Jun, 1709.) Attamen loco cinguli non adhibeatur zona ampla (wide girdle).

Omnino eliminetur usus flavi necnon cærulei coloris, tam in Missa quam in expositione SS. Sacramenti. (12 Nov. 1831. 16 Mart. 1833.) Toleratur tamen consuetudo, ubi existit, utendi paramentis vere ex auro contextis pro quocumque colore, exceptis violaceo et nigro. (S. R. C. 28 April. 1866.)

Paramenta sumere et deponere in altari, *more Episcoporum* non licet simplici sacerdoti, sub prætextu vel consuetudinis vel majoris solemnitatis. (17 Jun. 1672, 5 Jul. 1631, 19 Maii 1838.) Quod autem Rubrica (P. II., T. II., n° 2; Tit. XII., n° 6,) admittat Paramenta in altari sumi vel deponi posse, id intelligendum videtur de casu necessitatis et de cornu Evangelii aut Epistolae, nunquam autem de medio altari.

3. In Missis privatis Sacerdos, ratione dignitatis, non potest adhibere duos ministros et quatuor candelas. (S. R. C. pluries.) Ratione autem solemnitatis, in Missa Parochiali seu communitatis licet non cantata, tolerari possunt duo ministri et plures candelæ. (12 Sept. 1857.)

Candelæ ex sterina *pro usu sacro* prohibentur (S. R. C. 16 Sept. 1843; 7 Sept. 1850); nec lumina nisi cerea vel supra mensam altaris vel eidem quomodocumque imminentia adhibeantur. (3 Apr. 1821.) Quo Generali Decreto prohibentur etiam lumina ex oleo nutrita.

In Missa sive solemni sive privata Sacerdos capite cooperto accedat ad altare. (Rubr. Mis. et S. R. C. 14 Jun. 1845.)

Laici etiam superpelliceo induti, cum vices gerant cæremoniarii vel aliis fungantur officiis, nunquam stare possunt super Altaris suppedaneo ad assistendum celebranti, v.g. sustinendo latera pluvialis, vel inserviendo ad Librum Missalem. (S. R. C. 18 Feb. 1853.)

II. QUÆNAM MISSA EST DICENDA.

"Omnes et singuli sacerdotes tam Sæculares, quam Regulares ad ecclesiam confluentes, vel ad Oratorium publicum, Missas quum Sanctorum, tum Beatorum, etsi Regularium proprias, omnino celebrant officio ejusdem ecclesiæ vel oratorii conformes, sive illa in Romano, sive in Regularium Missali contineantur, exclusis tamen peculiaribus ritibus Ordinum propriis."

"Si vero in dicta ecclesia vel Oratorio Officium ritus duplici inferioris agatur unicuique ex sacerdotibus liberum sit Missam de requie peragere, vel votivam vel de occurrenti feria, iis tamen exceptis diebus in quibus Rubricæ Missalis Romani vel S. R. C. decreta prohibent." (S. R. C., Dec. 9, 1895.)

III. DE MISSIS VOTIVIS.

Missæ votivæ quæ celebrantur extra *Ordinem* Officii, diverse ordinantur prout sunt solemnes *pro re gravi*, vel privatæ, aut etiam solemnes sed *non pro re gravi.*

5. Sunt Missæ tam propriæ quibusdam solemnitat. v. g, Nativit., Circumcis., Epiph., Resurrect., Ascens. D. N. J. C., ut extra hos dies et eorum octavas dici nequeant ut votivæ, quia tunc in illis verborum ritus et veritas violarentur. (Decr. Pauli V., 19 Maii 1614.) Si tamen in festo sint tantum voces. *natalitia*, *festivitas*, mutentur in *commemoratio*, *memoria.* (S. R. C. 22 Dec. 1753.)—Eadem ratione dici non possunt ut votivæ Missæ propriæ de Festiv. B.M.V., exceptis tamen juxta Rubr. Missis de Immac. Concep. de festo Septem Dolorum, de Rosario, ac de Purissimo Corde, ubi hoc festum concessum est; sed assumenda est una ex votivis in fine Missalis, juxta tempus.

Missa Votiva pro Sponsis celebrari potest quolibet die, exceptis diebus 1 et 2 cl., diebus Dominicis, Festis de præcepto et diebus Duplicia excludentibus, in quibus diebus dic. Missa de Festo cum orat. pro Sponsis non sub unica sed sub sua conclusione, et post omnes commem. a Rubric præscriptas.

Temporibus vero prohibitis, Nuptiae quidem celebrari possunt de licentia Episcopi, at sine solemnitate, et omissis Missa et benedictione. Nec, iisdem temporibus, Commem. pro Sponsis fieri potest in Missa occurrente. (S. R. C. 30 Jun, 1896.)

6.—I. Missæ votivæ Solemnes dicuntur *pro re gravi*; quando causa communitatem aut saltem majorem ejus partem afficit, (v.g. pax obtinenda, serenitas aeris, sanitas Pontificis seu Regis recuperanda), et ab Episcopo et universo clero Missa celebratur cum interventu Magistratus et populi. Non autem inter has causas graves annumerantur Professio religiosa aut Electio Abbatissæ.

Celebrari possunt omnibus diebus, exceptis Duplicibus 1 cl., Dominicis 1 cl., Feria IV. Cinerum, tota Hebdomada majore, Vigiliis Nativ. Domini et Pentecostes. (S. R. C. 30 Jun. 1896.)

7. Missæ votivæ Solemnes unica tantum Oratione donantur (excepta Missa pro Gratiarum Actione, in qua additur sub una conclusione Orat. *Deus cujus misericordiæ*, juxta Rubr. propriam post Missam vot. Ss. Trinit.), sine commem. festi de quo factum est Officium, licet Missa pro re gravi sola sit cantanda. Cantatur *Gloria*, nisi celebrent. in *Violac.*, seu Missæ qualitas id vetet, et *Credo ;* Præfatio dicitur propria si adsit; secus dicitur vel de Oct. currente, vel de tempore, vel Communis, prout contingerit. Evangelium ultimum est, semper S. Joan. *In principio.* (S. R. C. 30 Jun. 1896.)

IV. DE MISSIS PRO DEFUNCTIS.

I. MISSÆ IN DIE OBITUS VEL DEPOSITIONIS.

8. 1° *Praesente corpore*, una Missa solemnis vel cum cantu celebrari potest omni die, exceptis: Nativit. Domini, Epiphania, et Ascens. Domini; Trid. Sacr. Majoris Hebdomadae; Dominicis Paschae, et Pentecostes; Festis Imm. Conc., Annuntiationis, et Assumptionis B.M.V.; Festis Nat. S Joannis Baptistæ, S. Joseph. Ss. Ap. Petri et Pauli, Omnium Sanctorum, Patroni principalis loci, et Titularis Ecclesiæ; Anniv. Dedic. Ecclesiæ. Prohibetur pariter quando Ss. Sacramentum solemnitur expositum habetur. Prohibetur etiam in illis Ecclesiis in quibus unicus est Sacerdos, dum tamen Missa parochialis seu conventualis dicenda est.

2° Quod si ex civili vetito, aut morbo contagioso, *aut alia gravi causa*, cadaver in Ecclesia praesens esse nequeat, imo etsi jam sepultum fuerit, dummodo non ultra biduum, præfata Missa celebrari potest eodem modo ac si cadaver esset præsens. (S. C. R. 2 Dec. 1891.)

3° Pro paupere defuncto, cujus familia impar est solvendo expensas Missæ cum cantu, hæc Missa *legi* potest eisdem diebus, et eisdem conditionibus, quibus permittitur Missa cum cantu, dummodo in Dominicis et festis de præcepto non omittatur Missa officio diei currentis respondens. (S. C. R. 9 Maii 1899.)

4° *Missæ privatæ de Requie* in die vel pro die Obitus licitæ sunt in Ecclesiis, et Oratoriis sive publicis sive semipublicis sive privatis, toto tempore quo corpus physice aut moraliter præsens est, dummodo (a) Missæ applicentur pro ipso defuncto, et (b) si agatur de Ecclesiis et Oratoriis publicis, non omittatur

eadem die funus cum Missa exequiali solemni vel cantata. Prohibentur tamen hæ Missæ privatæ diebus Dominicis et Festis de præcepto, omnibus Duplicibus 1^{mæ} classis, et diebus qui excludunt festa Duplicia 1^{mæ} classis (S. C. R. 19 Maii 1896, 12 Jan. 1897.)

5° *Absente corpore*, Missa solemnis vel cantata, ut in die obitus, celebrari potest pro prima tantum vice post obitum vel ejus acceptum a locis dissitis nuntium, die quæ prima occurrat, non impedita a festo duplici 1^{mæ} aut 2^{dæ} classis, vel a Dominica, vel Festo de præcepto (etiam abrogato.) (S. C. R. 2 Dec. 1891.) Prohibetur etiam hæc Missa in diebus qui excludunt duplicia 1^{mæ} classis. (S. C. R. 28 Apr. 1902.)

II. MISSÆ DE REQUIE IN DIEBUS PRIVILEGIATIS, 3^{TIA}, 7MA, 30MA, ET ANNIVERSARIIS.

9. 1° In diebus 3^{tia}, 7ma, et 30ma ab obitu vel depositione, et Anniversariis, sive *fundatis* (ipsa recurrente die anniversaria obitus vel alia quacunque die a fundatore determinata), sive *non fundatis* (ad petitionem viventium recurrente ipsa die obitus vel Depositionis) Missa cum cantu celebrari potest omni die, exceptis: Dominicis et Festis de præcepto (etiam abrogatis.); Festis duplicibus 1^{mæ} et 2^{dæ} classis; diebus infra Octavas privilegiatas (Nat. Domini, Epiph. Paschæ, Pentec. et Corp. Christi) Feriis privilegiatis (IV. Cinerum et tot. Hebd. Maj.) vigiliis privileg. (Nat. Domini et Pentec.) sicut et tempore expositionis solemnis Ss. Eucharistiæ.

2° Si dies 3^{tia}, 7ma, 30ma aut Anniversaria sit impedita privilegium transferri potest in proximam diem liberam, vel in proximiori antecedenti die libera anticipari: dies autem liberi ii sunt, qui in superius recensitis non comprehenduntur.

3° Quoad Anniversaria *late sumpta. scil.* quæ a Religiosis Communitatibus, a Canonicorum Collegiis, aut a quibuscunque

Sodalitatibus piis, semel in anno pro Confratribus defunctis fieri solent; necnon illa quæ pro fidelium pietate infra Octavam Omnium Fidelium Defunctorum locum habent, conceditur ut in *Duplicibus minoribus* celebrari possunt, exceptis diebus supra memoratis. (S. C. R. 2 Dec. 1891.)

4° Missa *privata* de Requie nullo gaudet privilegio in diebus 3tia, 7ma, 50ma, nec in Anniversariis. Prohibetur igitur etiam n omnibus Duplicibus, æque ac diebus impeditis ut supra.

III. MISSÆ DE REQUIE QUOTIDIANÆ.

10. 1° Extra diem obitus vel Depositionis, et dies quocunque modo privilegiatas ut supra, prohibetur Missa de Requie sive cum cantu, sive lecta:—(*a*) omnibus Dominicis. (*b*) in omnibus Festis Duplicibus (*c*) in Feriis et Vigiliis privilegiatis (Fer. iv. Cinerum, et tot. Hebd. maj.; Vig. Nat. Domini Epiph., et Vig. Pentec.) (*d*) infra Octavas privilegiatas (Nativ. Domini Epiph. Pasch. Pentec. et Corp. Christi. ( ) tempore expositionis publicæ Ss. Eucharistiæ.

Omnibus reliquis diebus Missa de Requie permittitur.

11. 2° Ex decreto S. C. R. 19 Maii 1896, privilegium conceditur ut in quolibet Sacello sepulcreti, Missæ lectæ quæ inibi celebrari permittuntur, possint esse *de Requie* diebus non impeditis a Festo duplici 1mæ vel 2ndæ classis, a Dominicis aliisque Festis de præcepto, necnon a Feriis, Vigiliis, Octavisque privilegiatis.

Hoc privilegium favet etiam Ecclesiæ vel Oratorio publico ac principali ipsius sepulcreti; non autem Ecclesiis vel Capellis extra Coemeteria constructis, nec Ecclesiæ parochiali quæ circumjacens habet Coemeterium parochiale. (S. C. R. 12 Jan. 1897, 28 Apr. 1902.)

IV. ELECTIO ET ORDINATIO UNIUS EX QUATUOR MISSIS DE REQUIE.

12. Electio et Ordinatio Missæ de *Requie* pendent minus a solemnitate quam a circumstantiis diei celebrationis.

Dicitur Prima Missa in die 2 Nov., pro Papa, Episcopo, et etiam (ad libitum) pro Sacerdote, cum Oratione unicuique propria; quæ Missa et Oratio sunt eædem in die obitus, necnon 3, 7, 30, et anniv. Papæ, Episcopi et (ad libitum) Sacerdotis;—Secunda Missa pro laicis in die vel pro die obitus et depos., ut in Missali; necnon die 3, 7, 30, sed tunc cum Oratione quæ reperitur post hanc Missam;—Tertia Missa in Anniversaria;—Quarta Missa extra has dies et circumstantias speciales.

13. In diebus specialibus i.e. 2 Nov., Depositionis 1, 2, 3, 7, 30 et anniversaria unica dicitur Orat. (Rubr.) sive Missa sit cantata sive lecta; imo quandocumque pro defuncto solemniter celebrantur nempe sub ritu qui duplici respondeat, uti in Officio quod recitatur post acceptum nuntium de alicujus obitu, et in Anniversariis late sumptis (S.R.C. 30 Junii 1896). In Missis quotidianis quibuscunque, sive lectis, sive cum cantu, plures sunt dicendæ Orationes, quarum prima sit pro defuncto vel defunctis certo designatis, pro quibus Sacrificium offertur, ex iis qui inscribuntur in Missali, secunda ad libitum, ultima *Fidelium* pro omnibus defunctis. Si vero pro defunctis in genere Missa celebratur, Orationes sunt dicendæ quæ pro Missis quotidianis in Missali prostant, eodemque ordine quo sunt inscriptæ (S. R. C. *ibid.*)—Si addantur aliæ, quod fieri potest tantum in Missis lectis, non in cantatis, sint numero impari, et tunc ultimo loco dicatur Oratio *Fidelium*. (2 Sept. 1741.)--Orationes in quibus littera N. non invenitur tam in Missa quam in officio sine nomine sunt legendæ. (19 Jun. 1875.)

NOTA.—In casu anticipati, seu translati Anniversarii vel diei 3, 7, 30, dicatur in Orat. *cujus depositionis diem tertium*, vel *septimum*, vel *trigesimum*, licet non sit ipsa dies; in singulari tamen, si pro uno defuncto tantum.

Sequentia *Dies iræ* semper dicitur in quibusvis cantatis Missis, etiam in lectis quæ diebus privilegiatis fiunt. In reliquis vel recitari potest vel omitti ad libitum Celebrantis. —Præfatio et *communicantes* sunt semper communes.—In fine semper dicitur *Requiescant in pace*, licet celebratur pro uno Defuncto.

Ex Decreto 27 Jun. 1868, Missæ de *Requiem* omnino celebrandæ sunt in paramentis nigris, adeo ut violacea adhiberi nequeant nisi in casu quo die 2 Novembris Ss. Sacramentum publicæ fidelium adorationi sit expositum, pro solemni oratione 40 Hor., prout cautum est in Decreto 16 Sept. 1801.

Quoties Missa vel Offic. Defunctorum aut exsequiæ celebrantur ad altare in quo adest tabernaculum Ss. Sacramenti, pallium Altaris non potest esse nigri coloris, sed violacei. (S. R. C. 1 Dec. 1882.)

V. DE ORATIONE IN MISSA.

14. In *Duplicib.* cujuscumque classis, unica Oratio dicitur in Missa, nisi aliqua occurrat commem. facienda de Rubrica, nulla autem addi potest ex privata devotione aut necessitate; sufficiat in tali casu dirigere actus internos, et serventur Rubricæ. (*Rubr. S. R. C. Merati.*)

In *Semidupl.*, juxta Rubr. generales, regulariter nec minus quam tres Orationes, nec plures dicuntur, nisi Rubrica aut Ordinarii mandatum aliter voluerit; sive autem Orationes præceptæ sint numero pares sive impares, nihil ad suum arbitrium addat Sacerdos. (*Rubr. S. R. C. Gavant. Mer.*)—Excipitur tamen Oratio pro particulari Defuncto, puta: *Inclina, Domine*, pro uno Defuncto; *Quæsumus, Domine*, pro una defuncta; *Deus, qui nos*, pro Patre et Matre, et similis, quæ dici potest ad libitum in Missa privata de semiduplici, et de die infra Octavam (quæ—scil. Semiduplex et dies infra Oct.—non excludunt Missas privatas *de Requie*), sed semper penultimo loco, et quin ulla omittatur ex Orationib. aliunde assignatis. (S. R. C. 2 Dec. 1684.)

Nota.—Etiam penultimo loco orationum Rubricis præscriptarum ponitur oratio *Fidelium*, diebus quibus præscribitur, licet ratione orationis imperatæ fortuito antepenultima evadat. (12 Dec. 1879.)

In Simplicibus, in Feriis per annum, et in Missis votivis privatis plures addi possunt Orationes ad arbitrium Celebrantis. ita ut, cum Orationibus de Rubrica, quinque vel ad summum septem dicantur; notando tamen quod, si Orationes de Rubrica vel de Ordinarii mandato sint numero pares, non tenetur ad aliam addendam; si vero aliquas addat ad suam devotionem, servare debet numeri imparitatem; numeri enim disparitas, non pertinet ad Orationes de præcepto, sed ad illas quæ sponte adduntur. (*Rubr. S. R. C. Gav. Mer.*)

ORATIO *A Cunctis*.

15. In Oratione *A cunctis*, a quolibet Sacerdote nominandus est S. Joseph ante Ss. Petrum et Paulum (ex Litt. Ap. 7 Jul. 1871), juxta formam sequent.: *Dei Genitrice Maria, cum B. Joseph, atque B. Apost. Petro et Paulo, et omnib. Sanctis;* vel si nominandus sit Patronus: *cum B. Joseph, B. Apost..., atque B. N. et omnib. Sanctis.*—Nominandus est in hac Oratione Titularis Ecclesiæ in qua celebratur; si desit, nominetur Patronus civitatis vel loci (diœcesis), saltem si vigeat usus. Si Titularis sit Ss. Trinitas, Ss. Salvator, B.V.M., vel aliquis ex Sanctis jam in hac oratione nominatis, ad litteram N. omittitur denominatio; si Sanctus Titularis jam in alia aliqua Orat. sit nominatus, vel omittitur nova denominatio in Or. *A cunctis* vel legitur alia Oratio ad poscenda Suffr. Ss. *Concede*, quæ est 1ª ex Orat. diversis.—(*Ex variis Decr. S. R. C.* et præsertim ex Decr. 12 Sept. 1840.)

ORATIO IMPERATA.

16. Oratio specialis ab Ordinario pro aliqua necessitate injuncta non potest dici loco tertiæ orationis quæ notatur *ad libitum;* sed in hoc casu deberet dici quarto loco, et semper post omnes Orationes de Rubrica. Imo si Oratio præscripta jam esset de Rubrica, tunc eligeretur alia quæ scopo intento magis conveniret, si v.g. præscriberetur de mandato Oratio pro Papa, et Rubrica indicaret Or. *Eccl.* vel pro Papa, utraque esset dicenda, 1ª propter Rubr., 2ª propter mandatum.—Hæc oratio ab Ordinario imperata omitti deberet in Missis in quibus non fit Commemor. Simplicis occurr., ut in Dom.

Palmarum, et in Vigiliis Nativ. Domini et Pentecost. (17 Aug. 1709; 20 Apr. 1822.) Semper omittitur in Dupl. 1 classis: in Dupl. vero 2 classis potest ad libitum Celebrantis legi vel omitti in Miss. *privatis* tantum; in solemni vero omittenda est.—(S. R. C.)

NOTANDUM.—Illa 3a Oratio quæ indicatur *ad libitum* non est ad libit. in eo sensu quod dici vel omitti possit ad arbitrium celebrantis; sed eo sensu quod dici possit vel de Sancto, vel de Ss. Sacramento, de Passione, de Cruce, etc.

Quoties in Ordine indicatur Oratio *Concede*, semper Oratio, de S. Maria, *Concede nos famulos* est dicenda, non autem 1A inter orationes diversas.

17. Oratio quæ dici debet pro Papa ob annivers. Electionis et Coronationis, item in singulis diœces. ob anniv. Electionis (vel Translat.) seu consecrat. Episcopi, omittitur in Dupl 1 clas., et dicitur in Dupl. 2 clas. sub una conclus.; aliis vero diebus post alias de Rubrica.

ORATIO SS. SACRAMENTI.

19. In omni Missa quæ cantatur in Ecclesia ubi Ss. Sacramentum est expositum, (quod autem S. R. C. regulariter fieri prohibuit in ipso altari expositionis; nisi in Oratione 40 Horarum pro Repositione, necnon urgente quadam necessitate), poni debet ultimo loco Orat. de Ss. Sacramento—In Festis autem 1 et 2 clas. dicitur sub unica conclusione (23 Jun. 1736; 7 Maii 1746.) Si in Festis hujusmodi occurrat Commem. Dominicæ, vel alia de Rubrica, Orat. de Ss. Sacramento Commemorationi jungitur et dicitur ultimo loco (30 Mart. 1761) ante Or. ab Ordinario imperata (18 Sept. 1877.)—In Miss. vero *privatis*, sive legantur ad altare ubi est expositum Ss. Sacramentum, sive ad aliud intra eandem Ecclesiam, potest ad arbitrium Sacerdotis fieri Comm. de Ss. Sacramento modo non sit Festum 1 vel 2 clas.: tunc enim fieri nequit.

II. DE DIVINO OFFICIO.

I. DE MUTATIONIBUS IN HYMNIS.

20. Quoties Officium S. Confessoris fit extra diem obitus, sive per assignationem perpetuam sive per translationem accidentalem, in hymno *Iste Confessor* mutatur versus tertius, *meruit beatas* in *meruit supremos Laudis honores.* Quando tamen translatio a die obitus fit in diem immediate sequentem, si in primis Vesp. actum sit de illo Sancto saltem a Capitulo, tunc servatur *meruit beatas* in his Vesp. et in toto Off. (Item. et infra totam Oct. si fiat cum Oct.); si vero de illo S. Conf. facta sit tantum Com. in 1 Vesp., tunc die sequenti dicitur *meruit supremos* ad Matut. et ad Vesp.

21. Aliquando Doxologia mutatur secundum tempus vel Festum. Sic v.g. a Nativitate Domini usque ad Epiphaniam, in Octava Corporis Christi, in Festis B.M.V., dicitur *Jesu tibi sit gloria* in hymnis hujus metri. Tempus paschale habet Doxol. propriam.

Hymnus *Veni Creator* concludendus est *semper* ut in die Pentec., *scil.*, *Deo Patri sit gloria et Filio qui a mortuis—Surrexit ac Paraclito—In Saeculorum saecula. Amen.* (S. R. C. 20 Junii 1899.)

Nota.—Mutatio Doxologiæ, v. g. *Jesu tibi sit* perseverat in toto Officio etiam ad Complet. dummodo de festo, cujus gratia mutatur Dox., fiat saltem com. in 2 Vesp. Sic in Off. Votiv. sive Ss. Sacram. sive Imm. Conc. mutatur Dox. ad Compl. licet 2 Vesperæ sint aut divisæ a Cap. aut integræ de seq. cum com. præced.; non autem si nulla de votivo fiat com.

II. DE LECTIONIBUS ET RESPONSORIIS.

22. Regulariter non omittuntur *Initia* liborum S. Script.; sed in casu concurrentiæ cum lectionibus propriis, vel de communi, leguntur in prima die non impedita ejusdem hebdomadæ. Si ratione illius concurrentiæ tria *Initia* deberent legi eadem die, prima lectio cujusque initii sufficeret. (S. R. C.)

Rubrica Breviarii, juxta quam Nona Lectio debet aut non debet formari ex Lect. Festi trium Lect., servanda omnino est quando in Off. novem Lect. fit. commemoratio Dupl. vel Semid. ad instar Simpl. redactorum.

23. In Responsoriis post Lectiones, quando duo apponuntur asterisci, dicto versu repetenda sunt verba a primo asterisco ad secundum asteriscum, verbis a secundo asterisco usque ad versum pro secunda repetitione servatis, veluti Rubrica ad praxim redacta præscribit in Responsoriis Dominicæ primæ Adventus, et in Responsorio: *Libera me, Domine*, Officii Defunctorum. (S. R. C. 6 Sept. 1834.)

III. DE COMMEMORATIONIBUS ET SUFFRAGIIS.

24.—I. 1° Si Antiphona et ℣. *Festi simplicis*, de quo fit Commem.. sumenda essent ex eodem Communi, ac in officio diei, tunc pro Commem. variantur, ita ut in Vesperis sumantur ex Laudibus, et in Laud. ex 1mis Vesp. 2°. Quod si festum commemoratum in simili casu sit *duplex* vel *semid simplificatum.* tunc in 1mis *Vesp.* Ant. et ℣. sumantur e 2dis Vesp.; in *Laudibus* e 1mis Vesp.; in 2 is *Vesp.* Ant. sumatur è Laud. et ℣. è 1mis Vesp. (*Rub. Brev.*)

25.—II. Commemorationes quando plures occurrunt faciendæ de eodem Communi de quo Antiphona et ℣. jam dicta sunt in Officio, ita disponendæ sunt.

Ad Vesperas.

1a Com. fit per Ant. et ℣. 1 Vel 2 Vesp. (*i.e.*, in 1 Vesp. Ant. et ℣. sumuntur è 2 Vesp. et *vice versa.*)

2a per Ant. de Laudib. et ℣. 2i Nocturni;

3a per Ant. 1mam et ℣. 3tii Nocturni.

Ad Laudes.

1a Com. per Ant. et ℣. de I. Vesp.;

2a per Ant. de II. Vesp. et ℣ 2i Noct.

3a per Ant. 1am et ℣. 3tii Nocturni;

Ita S. R. C. 27 Jun. 1899.

SUFFRAGIA.

26.—II. Suffragia de Patrono vel Titulari *Ecclesiæ* in Laudibus et Vesp., juxta Rubricas facienda sunt ab iis tantum

qui officium Titularlis ut talis dicere debent, nempe a Parochis, Vice-Parochis, etc. Alii Sacerdotes in Parochia degentes, v. g. Capellani Monialium, de Sancto Patrono loci agere debent, si talis sit consuetudo.

27. Si Patron, vel Titul. sit ipsa B.M.V. sub quocumque titulo, pro Suffragio sufficit. Ant. consueta *Sancta Maria* (quæ omittit. Sabb. quando fit de Imm. Concept.)—Item in Ecclesia Ss. Crucis vel Ss. Ap. Petri et Pauli sufficit commemoratio *de Cruce* (quæ tunc additur in *Semid.*) vel de Ss. Apost.—Suffragia Ss. Trinit., Transfigurationis fit (post com. *de Cruce* in Offic. feriali) ante Suff. B. M. V.

Nota.—Ant. ℣. et Oratio regulariter sumuntur de proprio, si Titularis ea habeat; secus de Communi.—Variantur Ant. et ℣. si jam dicta sint pro alio Sancto. ut supra n. 24. In Orat. verba *hodie*, *hodierna die* omittuntur; *Festivitas, Natalitia* mutantur; et loco ipsius, si jam lecta fuerit, alia conveniens de eodem Communi sumitur cum variationibus necessariis.

IV. DE PATRONIS ET TITULARIBUS.

28. Magnum est discrimen inter Patronum et Titularem. Titularis eligitur in ipsa benedictione primarii lapidis Ecclesiæ ædificandæ et nomen dat Ecclesiæ; ad hujus electionem nulla S. R. C. requiritur approbatio. Patronus vero loci eligitur a clero et populo, et hæc electio est nulla post decretum Urbani VIII., 23 Mart. 1630, si fiat absque recognitione S.R.C.; sed validæ sunt electiones ante præfatum Decretum factæ.—Sæpe Titularis est simul Patronus.

29. Omnes Seculares in majoribus Ordinibus constituti tenentur ad officium Patroni suæ civitatis vel loci, si adsit; secus ad officium Patroni Diœcesis saltem *vi Patronatus*.

Ad Officium Titularis tenentur tantum stricte adscripti Ecclesiæ, ut Parochi, Vice-Parochi.—Excipitur festum Titularis Eccl. Cathedralis de quo fit in tota Diœcesi. (S. R. C. 2 Sept. 1741.)

Parochus duplici Ecclesiæ adscriptus, de utriusque Titulari Officium recitare debet sub ritu Dupl. 1 cl. cum Oct. (S. R. C. 24 Sept. 1842.)

De Patronis.

30. Officium Patroni principalis *loci* fit sub ritu Dupl. 1 cl. ipsa die incidentiæ, nisi occurrat in diebus sequentibus, in quibus fieri non potest, nempe: Dom. I. Adventus, die Cinerum, Dom. I. Quadrag., Dom. Passionis, qualibet die a Dom. Palmar. usque ad Dom. in Albis inclusive, qualibet die a Vigil. Pentecost. usque ad Dom. Trinit. inclus.—Neque fieret in festis 1 cl. Domini vel B. M. V., neque in fest. Nativ. B. Joan. Bapt., Ss. Apost. Petri et Pauli et Omnium Sanctorum.

31. In festo Patroni. fit com. tam in Offic. quam in Missa, quando ipsa die occurrunt, de Dominica, de die Octava, de Feriis Adventus, Quadragesimæ, Quat. Tempor., Rogationum, De die infra Octav. non fit com. nisi infra Octav. Nativ. Domini, Epiphaniæ et Corporis Christi. Nulla fit alia commemoratio.

In I. Noct. Festi, si non sint Lectiones. propriæ, dicantur non de Scriptura occur., sed quæ habentur in Communi, ob majorem celebritatem. In II. et III. Noct., si non adsint propriæ, dicantur de Communi.

De Titulari Ecclesiæ.

32.—II. In quibusvis Ecclesiis publicisque Oratoriis, vel consecratis vel saltem solemniter benedictis, Titularis Festum quotannis recolendum est sub ritu Dupl. 1 cl. cum Octava, a toto Clero eis adscripto, per integrum officium. Si non adscribatur clerus, celebratur Festum per solas Missas.

In Oratoriis semipublicis (*e.g.*, Seminariorum, Hospitalium, &c.) Festum Titularis celebratur, si hæc Oratoria reapse consecrata vel solemniter benedicta fuerint. (S. C. R. 5 Jun. 1899.)

33. Festum Titularis fit cum Octava, quæ incipit a die incidentiae: quod si transferatur Festum, non ideo transfertur Octava quæ terminanda est occurrente die Octava ab incidentia. Si vero tranferretur Officium ultra octo dies ab incidentia, tunc non fieret Octava.—Diebus infra Oct. fit Officium ritu *semid.* Ant. et Ps. ut in festo ; Lect. I. Noct. de Script. occurr.; II. de Proprio, si sint, aut de Communi, sed vicissim de 1° et 2° loco; in III. Noct. Homil. Evang. quod dicendum est in Missa. Dies infra Oct. admittit quæcumque Festa Duplicia etiam translata. Admittit et semiduplicia occurrentia.—Infra Octavam, occurrento Festo 1 vel 2 class. nulla fit com. de Oct.—Dies *Octava, Duplex*, cedit tantum Dupl. 1 et 2 class.; cedit etiam Septuagesimæ et aliis Dominicis quæ excludunt Duplicia *per annum.*

OFFICIUM EXTRA CHORUM RECITANDUM.

34. Extra Chorum non adest obligatio sese conformandi ritibus Chori, v. g. genuflectendi ad preces *flex. gen.*, et ad cætera verba quæ requirunt hanc genuflexionem, quamvis id laudabiliter fiat. Qui solus recitat dicat *Dominus vobiscum* (Subdiaconus vero dicit; *Domine, exaudi orationem meam*); et etiam *Jube, Domne, benedicere*, non *Domine.* (Gav., Cav., S. Petr. Dam., de Herdt.)—Si separentur Laudes a Matut. dici debet Oratio post Matut. (18 Maii 1883.) Et in hoc casu Laudes incipiuntur absolute sine *Pater* et *Ave.* (Ibid.) Cum duo vel tres recitent simul, sufficit ut *Confiteor* dicatur semel.

ORDO SEU CALENDARIUM.

35. In casibus dubiis sive quoad Officium sive quoad Missam, ex Decr. S. R. C. 13 Jun. 1899, "qui probabilius judicat errare Calendarium, tenetur eidem Calend, stare, nec potest proprio inhærere judicio quoad Offic. Missam, vel colorem Paramentorum." Quod tamen non est intelligendum de erroribus qui aperte repugnarent Rubricis Missalis aut Breviarii.

36. Si omissum sit per oblivionem aut inadvertentiam aliquod officium die qua fieri debebat secundum Rubricas non potest eo anno amplius de hoc fieri. (S. R. C. 17 Jun. 1673.)

DE OFFICIIS VOTIVIS.

37. Ex Decret. Ss. Leonis Pap. XIII., die 5 Jul. 1883, datur Indultum generale . . . . singulis ex utroque clero persolvendi Officia votiva per annum loco Officii ferialis, præterquam in Fer. IV. Cin. in toto tempore Passionis ac Sac. Adventus a die 17 Dec. ad 24 inclusive . . . . quoad privatam recitationem ad libitum singulorum de clero.—Officia hujusmodi votiva per annum cum Missis votivis respondentibus, hæc pro singulis hebd. dieb. adsignantur, nimirum : Feria II., de Sanctis Angelis —Feria III., de Sanctis Apostolis ;—Feria IV., de S. Joseph, B.M.V. Sponso et Ecclesiæ univ. Patrono.—Feria V. de Ss. Euch. Sacramento ;—Feria VI., de Passione D.N.J.C. ; —Sabbato, de Immaculata B.M.V. Conceptione.

1° Hæc officia celebrantur omnino secundum Rubricas di Semiduplicibus ; 2° Recitari possunt etiam loco Officii simplicis. (24 Nov. 1883) ; 3° Libertas in Officio privato eligendi officia ferialia vel votiva non extenditur ad ea quæ prius fuerunt vi indulti concessa, et quæ tempore assueto remanent de præcepto, ad libitum autem tantum tempore antea prohibito ; 4° Inter suffragia omittitur com. cujus fit Officium, sed non Ss. Petri et Pauli in Officio votivo Ss. Apostolorum ; 5° In concursu Ss. Sacram. et Passionis, cum sint de eodem mysterio, Vesperæ integræ erunt de Ss. Sacram. sine com Passionis ; 6° Extra Tempus Paschale omittitur *Alleluia* in Officiis votivis in quibus reperitur ; et tempore paschali additur etiam in Offic. vot. Passionis, in cujus Missa semper sumitur *col. rub.*

DE SIMPLIFICATIS VEL OMISSIS DUPLICIBUS ET SEMIDUPLICIBUS.

38. Ut habeantur sedes liberæ ad nova officia introducenda, festa *dupl.* et *semid.* (exceptis festis Doctorum, occursu Domi-

nicæ vel majoris festi impedita), jam non transferuntur ; sed ipso die quo cadunt de eis fit in utrisque Vesp. et Laud. Commemoratio, cum nona lectione historica (una ex duabus vel tribus facta), si tamen hæc eo die fieri possint ; secus ejusmodi festa *dupl.* et *semid.* eo anno penitus ommittuntur, ut de simplici cautum est. Si autem perpetuo quotannis impediantur, reponuntur in prima die libera, tanquam in propria sede perpetuo recolenda. (*Rub. Brev.*)

NOTA.—*Dupl.* et *Semid.* simplificata aliquid tamen prioris ritus retinent 1° suum ordinem in Communi; 2° Com. in 2 Vesperis, nisi obstent Concurrentiæ Regulæ; 3° Com. etiam in Missa solemni festorum Dupl 2 classis; quod simplicibus non continget.

ORDO SERVANDUS IN CELEBRANDIS MISSIS OFFICIIS VOTIVIS CONFORMIBUS.

OFFICIA VOTIVA.	COLOR.	GLORIA.	ORATIONES.	CREDO.	PRÆFATIO.	IN FINE.
Ss. Angel.	Albus.	Recitat.	Ut in semi—dupl. (1)	Omitt.	Comm.	Ite Missa est.
Ss. Apost.	Rubeus.	Recitat.	Item.	Omitt.	Prop.	Item.
S. Joseph.	Albus.	Recitat.	Item.	Omitt.	Comm.	Item.
Ss. Sacram,	Albus.	Recitat.	Item.	Omitt.	De Nativ.	Item.
Passio D.N.	Rubeus	Recitat.	Item.	Omitt.	De Cruce.	Item
Im Conc.	Albus.	Recitat.	2a De Sp. S. 5a *Ecclesiae* vel *Deus omn.*	Omitt.	De B.V.	Item.

(1) Ut in semiduplicibus, 2a Or. (nisi sit facienda Commemoratio simpl. vel feriæ occ.) et 3a erunt variæ pro diversitate temporis, prout notatur. in Rubr. General Missal. Tit. nis 2, 3, 4 et 6.

TABELLA

PRO MISSIS VOTIVIS PRIVATIS RECTE ORDINANDIS.

MISSÆ VOTIVAE.	COLOR PARAM.	MISSA.	*GLORIA*.	ORATIONES.	PRÆFATIO
De SS. Trinitate (6).	Albus.	Propr.	Omitt.	Ut infra (1)	Propr.
De Spiritu sancto (6).	Rubeus.	Propr.	Omitt.	Ut infra (1)	Propr.
De SS. Sacramento.	Albus	Propr.	Omitt.	Ut infra (1)	De Nativ. Dom.
De Passione Domini.	Violaceus.	Propr.	Omitt.	Ut infra (1)	De Cruce.
De S. Cruce.	Rubeus.	Propr.	Omitt.	Ut infra (1)	De Cruce.
De SS. Corde Jesu.	Albus.	*Egredimini* ut in Festo.	Omitt.	Ut infra (1)	De Nativ. Dom.; a Septuag. ad Pentec. de Cruce.
De B. Maria V.	Albus.	Propr.	Omitt. nisi in Sabb.	Ut infra (2)	Propr.
De Angelis.	Albus.	Propr.	Semper dicitur.	Ut infra (1)	Comm.
De Apostolis.	Rubeus.	Propr.	Omitt.	Ut infra (3) (4)	Propr.
Pro quacumque necessitate.	Violaceus.	Propr.	Omitt.	Ut infra (1)	Ut infra (7)
Pro infirmis.	Violaceus.	Propr.	Omitt.	Ut infra (1)	Ut infra (7)
Pro sponsis præsentibus.	Albus.	Propr.	Omitt.	Ut infra (I)	Ut infra (7)
Pro Fidei Propagatione (8).	Violaceus.	Propr.	Omitt.	Ut infra (1)	Ut infra (7)
Pro Defunctis.	Niger.	Una ex 3 prim. vel Quotid.	Omitt.	Ut infra (5)	Comm. semper.

Numquam dicitur *Credo*.

IN FINE SEMPER DICITUR EVANGELIUM. *In principio.*

(1) Prima Oratio Missæ votivæ, secunda vero de Officio diei currentis, tertia autem quæ aliunde dicenda foret 2° loco in Missa de Officio, nempe vel de Octava, vel de Feria majore, vel de Vigilia, vel de Simplici occurrente, vel *A cunctis*, vel alia de B. M. pro tempore respectivo.

(2) Prima Oratio Missæ Votivæ, secunda Officii diei currentis, tertia de Spiritu Sancto.

(3) In Votiva Apost. omnes Orationes dicuntur ut supra (1). Sed pro Apost. SS. Petro et Paulo, quo tempore dicenda esset Orat. *A cunctis*, ejus loco dicitur Oratio *Concede*, *quæsumus.*

(4) Si Missa Votiva sit tantum de S. Petro, vel de S. Paulo, tunc 2a Orat. erit de S. Apostolo, de quo non dicitur Missa, ut in eorum festis, 3a de Officio diei.

(5) In tribus primis Missis etiam lectis, nempe in Commemorat. Omn. fidelium Defunct., in die vel pro die Obitus et in Annivers. unica semper dicitur Oratio ; in Quotidianis autem sive cantatis sive lectis non minus quam tres, vel in lectis plures ad libit. usq. ad septem, sed numero impares.

(6) Quando dicenda est Missa pro Gratiarum Actione, sumitur Missa Votiva de SS. Trinit., vel de Spiritu S., vel de B.M.V. ; et tunc 2a Orat. de Officio diei, 3a pro Gratiar. Actione: *Deus cujus misericordiæ*, quæ habitur in Missali post Miss. votiv. SS. Trinit. (Rubrica propr. de Oratione dicenda *sub una conclusione*, spectat tantum ad Missam solemnem.)

(7) Propria, si adsit, vel de Octava currente, aut de Tempore, alioquinCommunis.

(8) Missa Votiva propria pro Propagatione Fidei ex Decreto 21 Aug. 1841, omnibus Diœcesibus, ubinnuc adest vel in posterum aderit Societas Propagationis Fidei, conceditur ; et hujus Missæ Orationes addere licet in Missa Festor. proprior. ejusdem Societatis, nempe in Inventione SS. Crucis, et in Festo S. Francisci Xaverii *sub una conclusione* quando fiunt 1æ classis.

Missa Votiva SS. Cordis Jesu.

I. Ex decreto Urbis et Orbis *Altero nunc elabente,* d. 28 Junii, 1889.

"In iis vero ecclesiis et oratoriis ubi feria vi., quæ prima unoquoque in mense occurrit, peculiaria exercitia pietatis in honorem Divini Cordis, approbante loci Ordinario, mane peragentur; Beatissimus Pater indulsit ut hisce exercitiis addi valeat Missa votiva de Sacro Corde Jesu: dummodo in illam diem non incidat aliquod festum Domini, aut duplex 1 classis, vel feria, vigilia, octave ex privilegiatis; de cetero servatis rubricis."

II. Ex S.C.R. decr. in una Mont. Polit., d. 20 Maii, 1890.

"Dub. I. Missa votiva SS. Cordis per decretum diei 28 Junii, 1889, pro ecclesiis in quibus de mane exercitia pietatis in honorem ejusdem Divini Cordis peraguntur concessa, celebrari debet sine *Gloria,* sine *Credo,* et cum tribus orationibus; an ritu quo celebrantur Missæ votivæ solemniter, cum *Gloria* et *Credo* et unica oratione?

Ad I. *Negative* ad primam partem; *affirmative* ad secundum.

Atque ita rescripsit, declaravit, et servari mandavit, d. 20 Maii, 1890."

Ex decreto posteriori (1892) declaratur hæc etiam de Missa non cantata intelligi.

Decretum S.C.R.

Missa votiva Immac. Concept. B.M.V. celebrari potest semel in mense, per annum 1904.

Ex decreto Urbis et Orbis die 14 Augusti, 1903, SS.D.N, Pius Papa X. indulsit ut, decurrente anno, a proximo die festo Immaculatae Concept. B.M.V. computando, *die octava* cujusque mensis, vel, justis de causis, Dominica eam immediate sequente, in Ecclesiis aut Oratoriis, ubi, approbante loci Ordinario, quaedam exercitia pietatis fiant in honorem B.M.V. Immaculatae, praeparatoria quinquagenariis solemniis dogmaticae definitionis, *unica* Missa votiva, sive cum cantu sive lecta, de Ipsius SS. Virginis Immaculata Conceptione celebrari valeat, cum iisdem privilegiis quae competunt Missae votivae solemni pro re gravi, . . . ita ut hujusmodi Missa dicatur cum *Gloria* et *Credo*, et unica Oratione, et dummodo non occurrat duplex primae classis aut Dominica item primae classis; aliquod festum ejusdem B.M.V., feria, vigilia, aut octava ex privilegiatis: in quibus solummodo Commemoratio fieri poterit per Orationem Missae Votivae post Orationem Missae de die, sub unica conclusione.

Insuper Sanctitas Sua ..concessit, ut in praefatis Ecclesiis aut Oratoriis, praeter memoratam Missam Votivam, qualibet die octava mensis vel Dominica proxime sequente indultam, ceteris Missis tunc addi possit Commemoratio Immac. Concept. B.M.V. ad instar festi duplicis simplificati: Servatis in omnibus Rubricis.

Mandatum Episcoporum Hiberniae.

De Precibus novendialibus ante Festum S. Patritii.

Revmi Archiepiscopi et Episcopi Hiberniae, in coetu habito apud Maynooth die 14to mensis Octobris, 1903, statuerunt :—

"Where there are public Novenas for the Feast of St. Patrick, such Novenas shall in future be specially offered for the spread of Temperance in Ireland."

SANCTI PATRONI DIŒCESIUM HIBERNIÆ.

Quorum festa solemniter celebrantur in respectivis Diœcesibus, sub ritu duplici 1 classis et cum Octava (extra Quadrag. Pentec. et 17 Dec.) in diebus infra assignatis.

	Nomina Ss. Patronorum		*Diœceses.*	*Die Fest.*
			Provincia Ultoniæ.	
	Malachias,	Ep. et C.	Armacan. - Dunensis, - Connorensis, -	3 Nov.
	Macanisius,	———	Connorensis, - -	3 Sept.
	Macartinus,	———	Clogherensis, - -	24 Mar.
	Eunanus,	———	Rapotensis,	23 Sept.
	Columba,	Abbas —	Rapotensis,	9 Jun.
Sancti	**Fedliminus,**	Ep. et C.	Kilmorensis, - -	9 Aug.
	Meles,	———	Ardaghensis, - -	6 Feb.
	Kyranus,	Abbas	Cluacensis, - -	9 Sept.
	Colmanus,	Ep. et C.	Dromorensis, - -	7 Jun.
	Eugenius,	———	Derriensis, -	23 Aug.
	Columba,	Abbas	Derriensis, -	9 Jun.
	B. M. tit. Im. Concept.		Midensis, - -	8 Dec.
			Provincia Lageniæ.	
	Laurentius,	Ep. et C.	Dublinensis,	14 Nov.
	Coemgenus,	Abbas	Dublinensis,	3 Jun.
	Edanus,	Ep. et C.	Fernensis, - -	31 Jan.
Sancti	**Kyranus,**	———	Ossoriensis, - -	5 Mar.
	Canicus,	Abbas	Civit. Kilken. et Suburb.	11 Oct.
	Brigida,	Virgo	Kildarensis et Leighlinen.	1 Feb.
	Conlethus,	Ep. et C.	Kildarensis, - -	3 Maii.
	Laserianus,	———	Leighlinensis, - -	18 Apr.
			Provincia Momoniæ.	
	Albertus,	Ep. et C.	Cassiliensis, - -	8 Jan.
	Albeus,	———	Imolacensis, - -	12 Sept.
	Finbarus,	———	Corcagiensis, - -	25 Sept.
	Brendanus,	Abbas	Kerriensis, - -	16 Maii.
Sancti	**Munchinus,**	Ep. et C.	Limericensis, - -	2 Jan.
	Colmanus,	———	Cloynensis, - -	24 Nov.
	Fachananus,	———	Rossensis, - -	14 Aug.
	Flannanus,	———	Laonensis, - -	18 Dec.
	Otteranus,	———	Waterfordiensis, - -	27 Oct.
	Carthagus,	———	Lismorensis, - -	14 Maii.
			Provincia Connaciæ.	
	Jarlathus,	Ep. et C.	Tuamensis, - -	6 Jun.
	Brendanus,	Abbas	Clonfertensis, - -	16 Maii.
	Natheus,	Ep. et C.	Achadensis, - -	9 Aug.
	Asicus,	———	Elphinensis, -	27 Apr.
Sancti	**B. M. tit. Im. Concept.**		Elphinensis, -	8 Dec.
	Fachananus,	———	Finaborensis, - -	14 Aug.
	Colmanus,	———	Duacensis, - -	29 Oct.
	Nicolaus,	———	Galviensis, - -	6 Dec.
	Muredachus,	———	Alladensis - -	12 Aug.

ABBREVIATIONUM EXPLANATIO.

Abb.	Abbas.
Ant.	Antiphona.
Apost.	Apostolus.
C.	Confessor.
cap.	capitulum.
com.	commemoratio
comm.	commune.
D.	Dioecesis.
D.	Doctor.
d. f.	dies fixa.
dic.	dicitur, *vel* dicuntur.
Dom.	Dominica.
Ep.	Episcopus.
Ev.	Evangelium.
Ev. ult.	Evangelium ultimum
L. et M.	Laudes et Missa
lect.	lectio.
9 l.	9 lectio.
M.	Martyr.
Mis.	Missa.
m.t.v.	Mutatur tertius Versus (In hymno *Iste Confessor*.
P.	Papa.
prop.	proprius.
Psalt.	Psalterium.
℟.	Responsorium.
Soc.	Socius, *vel* Socii.
V.	Virgo.
V. M.	Virgo et Martyr.
℣.	Versiculus.
Vid.	Vidua.
Vot.	Votiva.
ult.	ultimus.

Abbreviationes adhibitæ ad colores indicandos nulla indigent explanatione, saltem pro iis qui Latinum idioma callent. Pro aliis sufficiat nota sequens.

FOR SACRISTANS WHO DO NOT UNDERSTAND *Latin*

The colour of the vestments for each day is indicated by the abbreviated Latin word printed on the margin to the left of the page. The following are the English equivalents for these words:—

Alb.—White. *Rub.*—Red. *Virid.*—Green. *Viol.*—Violet. *Nig.*—Black.

✠

In Nomine Domini, Amen.

ANNO DOMINI MDCCCCIV.

Epactæ. *Dies Mensis.*

JANUARIUS.

xiii.—1. *Alb.* ✠[1] Fer. vi. **CIRCUMCISIO DOMINI,** *dupl 2 cl.* Off. prop. nulla com. Ad Hymnos Doxologia, *Jesu, tibi sit gloria, qui natus es de Virgine,*[2] et in ℟. ad Prim. ℣. *Qui natus es de Maria Virgine,* usque ad Epiph. In Missa *Gloria,*[3] *Credo.* Præf. et *Communicantes* de Nativit. In 2 Vesp. com. seq. tantum. Orat. prop.—*Alb.*

In Diœces. Limericen. Vesp. de seq. S. Patrono. (Or. *Da quæsumus.*) Com. præc. et S. Stephani tantum.—*Alb.*

16. Oratio specialis ab Ordinario pro aliqua necessitate injuncta non potest dici loco tertiæ orationis quæ notatur *ad libitum;* sed in hoc casu deberet dici quarto loco, et semper post omnes Orationes de Rubrica. Imo si Oratio præscripta jam esset de Rubrica, tunc eligeretur alia quæ scopo intento magis conveniret, si v.g. præscriberetur de mandato Oratio pro Papa, et Rubrica indicaret Or. *Eccl.* vel pro Papa, utraque esset dicenda, 1ª propter Rubr., 2ª propter mandatum.—Hæc oratio ab Ordinario imperata omitti deberet in Missis in quibus non fit Commemor. Simplicis occurr., ut in Dom.

Palmarum, et in Vigiliis Nativ. Domini et Pentecost. (17 Aug 1709; 20 Apr. 1822.) Semper omittitur in Dupl. 1 classis: in Dupl. vero 2 classis potest ad libitum Celebrantis legi vel omitti in Miss. *privatis* tantum; in solemni vero omittenda est.—(S. R. C.)

Notandum.—Illa 3ª Oratio quæ indicatur *ad libitum* non est ad libit. in eo sensu quod dici vel omitti possit ad arbitrium celebrantis; sed eo sensu quod dici possit vel de Sancto, vel de Ss. Sacramento, de Passione, de Cruce, etc.

Quoties in Ordine indicatur Oratio *Concede*, semper Oratio, de S. Maria, *Concede nos famulos* est dicenda, non autem 1ᴬ inter orationes diversas.

17. Oratio quæ dici debet pro Papa ob annivers. Electionis et Coronationis, item in singulis diœces. ob anniv. Electionis (vel Translat.) seu consecrat. Episcopi, omittitur in Dupl 1 clas., et dicitur in Dupl. 2 clas. sub una conclus.; aliis vero diebus post alias de Rubrica.

Oratio SS. Sacramenti.

19. In omni Missa quæ cantatur in Ecclesia ubi Ss. Sacramentum est expositum, (quod autem S. R. C. regulariter fieri prohibuit in ipso altari expositionis; nisi in Oratione 40 Horarum pro Repositione, necnon urgente quadam necessitate), poni debet ultimo loco Orat. de Ss. Sacramento—In Festis autem 1 et 2 clas. dicitur sub unica conclusione (23 Jun. 1736; 7 Maii 1746.) Si in Festis hujusmodi occurrat Commem. Dominicæ, vel alia de Rubrica, Orat. de Ss. Sacramento Commemorationi jungitur et dicitur ultimo loco (30 Mart. 1761) ante Or. ab Ordinario imperata (18 Sept. 1877.)—In Miss. vero *privatis*, sive legantur ad altare ubi est expositum Ss. Sacramentum, sive ad aliud intra eandem Ecclesiam, potest ad arbitrium Sacerdotis fieri Comm. de Ss. Sacramento modo non sit Festum 1 vel 2 clas.; tunc enim fieri nequit.

II. DE DIVINO OFFICIO.

I. DE MUTATIONIBUS IN HYMNIS.

20. Quoties Officium S. Confessoris fit extra diem obitus, sive per assignationem perpetuam sive per translationem accidentalem, in hymno *Iste Confessor* mutatur versus tertius, *meruit beatas* in *meruit supremos Laudis honores.* Quando tamen translatio a die obitus fit in diem immediate sequentem, si in primis Vesp. actum sit de illo Sancto saltem a Capitulo, tunc servatur *meruit beatas* in his Vesp. et in toto Off. (Item. et infra totam Oct. si fiat cum Oct.); si vero de illo S. Conf. facta sit tantum Com. in 1 Vesp., tunc die sequenti dicitur *meruit supremos* ad Matut. et ad Vesp.

21. Aliquando Doxologia mutatur secundum tempus vel Festum. Sic v.g. a Nativitate Domini usque ad Epiphaniam, in Octava Corporis Christi, in Festis B.M.V., dicitur *Jesu tibi sit gloria* in hymnis hujus metri. Tempus paschale habet Doxol. propriam.

Hymnus *Veni Creator* concludendus est *semper* ut in die Pentec., *scil., Deo Patri sit gloria et Filio qui a mortuis—Surrexit ac Paraclito—In Saeculorum saecula. Amen.* (S. R. C. 20 Junii 1899.)

Nota.—Mutatio Doxologiæ, v. g. *Jesu tibi sit* perseverat in toto Officio etiam ad Complet. dummodo de festo, cujus gratia mutatur Dox., fiat saltem com. in 2 Vesp. Sic in Off. Votiv. sive Ss. Sacram. sive Imm. Conc. mutatur Dox. ad Compl. licet 2 Vesperæ sint aut divisæ a Cap. aut integræ de seq. cum com. præced.; non autem si nulla de votivo fiat com.

II. DE LECTIONIBUS ET RESPONSORIIS.

22. Regulariter non omittuntur *Initia* liborum S. Script.; sed in casu concurrentiæ cum lectionibus propriis, vel de communi, leguntur in prima die non impedita ejusdem hebdomadæ. Si ratione illius concurrentiæ tria *Initia* deberent legi eadem die, prima lectio cujusque initii sufficeret. (S. R. C.)

Rubrica Breviarii, juxta quam Nona Lectio debet aut non debet formari ex Lect. Festi trium Lect., servanda omnino est quando in Off. novem Lect. fit. commemoratio Dupl. vel Semid. ad instar Simpl. redactorum.

23. In Responsoriis post Lectiones, quando duo apponuntur asterisci, dicto versu repetenda sunt verba a primo asterisco ad secundum asteriscum, verbis a secundo asterisco usque ad versum pro secunda repetitione servatis, veluti Rubrica ad praxim redacta præscribit in Responsoriis Dominicæ primæ Adventus, et in Responsorio: *Libera me, Domine*, Officii Defunctorum. (S. R. C. 6 Sept. 1834.)

III. DE COMMEMORATIONIBUS ET SUFFRAGIIS.

24.—I. 1° Si Antiphona et ℣. *Festi simplicis*, de quo fit Commem.. sumenda essent ex eodem Communi, ac in officio diei, tunc pro Commem. variantur, ita ut in Vesperis sumantur ex Laudibus, et in Laud. ex 1mis Vesp. 2°. Quod si festum commemoratum in simili casu sit *duplex* vel *semid simplificatum.* tunc in 1mis *Vesp.* Ant. et ℣. sumantur e 2dis Vesp.; in *Laudibus* e 1mis Vesp.; in 2 is *Vesp.* Ant. sumatur è Laud. et ℣. è 1mis Vesp. (*Rub. Brev.*)

25.—II. Commemorationes quando plures occurrunt faciendæ de eodem Communi de quo Antiphona et ℣. jam dicta sunt in Officio, ita disponendæ sunt.

Ad Vesperas.

1 Com. fit per Ant. et ℣. 1 Vel 2 Vesp. (*i.e.*, in 1 Vesp. Ant. et ℣. sumuntur è 2 Vesp. et *vice versa.*)

2a per Ant. de Laudib. et ℣. 2i Nocturni;

3a per Ant. 1mam et ℣. 3tii Nocturni.

.Ad Laudes.

1a Com. per Ant. et ℣. de I. Vesp.;

2a per Ant. de II. Vesp. et ℣ 2i Noct.

3a per Ant. 1am et ℣. 3tii Nocturni;

Ita S. R. C. 27 Jun. 1899.

SUFFRAGIA.

26.—II. Suffragia de Patrono vel Titulari *Ecclesiæ* in Laudibus et Vesp., juxta Rubricas facienda sunt ab iis tantum

qui officium Titularis ut talis dicere debent, nempe a Parochis, Vice-Parochis, etc. Alii Sacerdotes in Parochia degentes, v. g. Capellani Monialium, de Sancto Patrono loci agere debent, si talis sit consuetudo.

27. Si Patron, vel Titul. sit ipsa B.M.V. sub quocumque titulo, pro Suffragio sufficit. Ant. consueta *Sancta Maria* (quæ omittit. Sabb. quando fit de Imm. Concept.)—Item in Ecclesia Ss. Crucis vel Ss. Ap. Petri et Pauli sufficit commemoratio *de Cruce* (quæ tunc additur in *Semid.*) vel de Ss. Apost.—Suffragia Ss. Trinit., Transfigurationis fit (post com. *de Cruce* in Offic. feriali) ante Suff. B. M. V.

NOTA.—Ant. ℣. et Oratio regulariter sumuntur de proprio, si Titularis ea habeat; secus de Communi.—Variantur Ant. et ℣. si jam dicta sint pro alio Sancto. ut supra n. 24. In Orat. verba *hodie, hodierna die* omittuntur; *Festivitas, Natalitia* mutantur; et loco ipsius, si jam lecta fuerit, alia conveniens de eodem Communi sumitur cum variationibus necessariis.

IV. DE PATRONIS ET TITULARIBUS.

28. Magnum est discrimen inter Patronum et Titularem. Titularis eligitur in ipsa benedictione primarii lapidis Ecclesiæ ædificandæ et nomen dat Ecclesiæ; ad hujus electionem nulla S. R. C. requiritur approbatio. Patronus vero loci eligitur a clero et populo, et hæc electio est nulla post decretum Urbani VIII., 23 Mart. 1630, si fiat absque recognitione S.R.C.; sed validæ sunt electiones ante præfatum Decretum factæ.—Sæpe Titularis est simul Patronus.

29. Omnes Seculares in majoribus Ordinibus constituti tenentur ad officium Patroni suæ civitatis vel loci, si adsit; secus ad officium Patroni Diœcesis saltem *vi Patronatus.*

Ad Officium Titularis tenentur tantum stricte adscripti Ecclesiæ, ut Parochi, Vice-Parochi.—Excipitur festum Titularis Eccl. Cathedralis de quo fit in tota Diœcesi. (S. R. C. 2 Sept. 1741.)

Parochus duplici Ecclesiæ adscriptus, de utriusque Titulari Officium recitare debet sub ritu Dupl. 1 cl. cum Oct. (S. R. C. 24 Sept. 1842.)

De Patronis.

30. Officium Patroni principalis *loci* fit sub ritu Dupl. 1 cl. ipsa die incidentiæ, nisi occurrat in diebus sequentibus, in quibus fieri non potest, nempe: Dom. I. Adventus, die Cinerum, Dom. I. Quadrag., Dom. Passionis, qualibet die a Dom. Palmar. usque ad Dom. in Albis inclusive, qualibet die a Vigil. Pentecost. usque ad Dom. Trinit. inclus.—Neque fieret in festis 1 cl. Domini vel B. M. V., neque in fest. Nativ. B. Joan. Bapt., Ss. Apost. Petri et Pauli et Omnium Sanctorum.

31. In festo Patroni. fit com. tam in Offic. quam in Missa, quando ipsa die occurrunt, de Dominica, de die Octava, de Feriis Adventus, Quadragesimæ, Quat. Tempor., Rogationum, De die infra Octav. non fit com. nisi infra Octav. Nativ. Domini, Epiphaniæ et Corporis Christi. Nulla fit alia commemoratio.

In I. Noct. Festi, si non sint Lectiones. propriæ, dicantur non de Scriptura occur., sed quæ habentur in Communi, ob majorem celebritatem. In II. et III. Noct., si non adsint propriæ, dicantur de Communi.

De Titulari Ecclesiæ.

32.—II. In quibusvis Ecclesiis publicisque Oratoriis, vel consecratis vel saltem solemniter benedictis, Titularis Festum quotannis recolendum est sub ritu Dupl. 1 cl. cum Octava, a toto Clero eis adscripto, per integrum officium. Si non adscribatur clerus, celebratur Festum per solas Missas.

In Oratoriis semipublicis (*e.g.*, Seminariorum, Hospitalium, &c.) Festum Titularis celebratur, si hæc Oratoria reapse consecrata vel solemniter benedicta fuerint. (S. C. R. 5 Jun. 1899.)

33. Festum Titularis fit cum Octava, quæ incipit a die incidentiae: quod si transferatur Festum, non ideo transfertur Octava quæ terminanda est occurrente die Octava ab incidentia. Si vero tranferretur Officium ultra octo dies ab incidentia, tunc non fieret Octava.—Diebus infra Oct. fit Officium ritu *semid.* Ant. et Ps. ut in festo ; Lect. I. Noct. de Script. occurr.; II. de Proprio, si sint, aut de Communi, sed vicissim de 1º et 2º loco; in III. Noct. Homil. Evang. quod dicendum est in Missa. Dies infra Oct. admittit quæcumque Festa Duplicia etiam translata. Admittit et semiduplicia occurrentia.—Infra Octavam, occurrento Festo 1 vel 2 class. nulla fit com. de Oct.—Dies *Octava, Duplex,* cedit tantum Dupl. 1 et 2 class.; cedit etiam Septuagesimæ et aliis Dominicis quæ excludunt Duplicia *per annum.*

OFFICIUM EXTRA CHORUM RECITANDUM.

34. Extra Chorum non adest obligatio sese conformandi ritibus Chori, v. g. genuflectendi ad preces *flex. gen.*, et ad cætera verba quæ requirunt hanc genuflexionem, quamvis id laudabiliter fiat. Qui solus recitat dicat *Dominus vobiscum* (Subdiaconus vero dicit; *Domine, exaudi orationem meam*); et etiam *Jube, Domne, benedicere,* non *Domine.* (Gav., Cav., S. Petr. Dam., de Herdt.)—Si separentur Laudes a Matut. dici debet Oratio post Matut. (18 Maii 1883.) Et in hoc casu Laudes incipiuntur absolute sine *Pater* et *Ave.* (Ibid.) Cum duo vel tres recitent simul, sufficit ut *Confiteor* dicatur semel.

ORDO SEU CALENDARIUM.

35. In casibus dubiis sive quoad Officium sive quoad Missam, ex Decr. S. R. C. 13 Jun. 1899, "qui probabilius judicat errare Calendarium, tenetur eidem Calend, stare, nec potest proprio inhærere judicio quoad Offic. Missam, vel colorem Paramentorum." Quod tamen non est intelligendum de erroribus qui aperte repugnarent Rubricis Missalis aut Breviarii.

36. Si omissum sit per oblivionem aut inadvertentiam aliquod officium die qua fieri debebat secundum Rubricas non potest eo anno amplius de hoc fieri. (S. R. C. 17 Jun. 1673.)

DE OFFICIIS VOTIVIS.

37. Ex Decret. Ss. Leonis Pap. XIII., die 5 Jul. 1883, datur Indultum generale . . . . singulis ex utroque clero persolvendi Officia votiva per annum loco Officii ferialis, præterquam in Fer. IV. Cin. in toto tempore Passionis ac Sac. Adventus a die 17 Dec. ad 24 inclusive . . . . quoad privatam recitationem ad libitum singulorum de clero.—Officia hujusmodi votiva per annum cum Missis votivis respondentibus, hæc pro singulis hebd. dieb. adsignantur, nimirum : Feria II., de Sanctis Angelis —Feria III., de Sanctis Apostolis ;—Feria IV., de S. Joseph, B.M.V. Sponso et Ecclesiæ univ. Patrono.—Feria V. de Ss. Euch. Sacramento ;—Feria VI., de Passione D.N.J.C. ; —Sabbato, de Immaculata B.M.V. Conceptione.

1° Hæc officia celebrantur omnino secundum Rubricas de Semiduplicibus ; 2° Recitari possunt etiam loco Officii simplicis. (24 Nov. 1883) ; 3° Libertas in Officio privato eligendi officia ferialia vel votiva non extenditur ad ea quæ prius fuerunt vi indulti concessa, et quæ tempore assueto remanent de præcepto, ad libitum autem tantum tempore antea prohibito ; 4° Inter suffragia omittitur com. cujus fit Officium, sed non Ss. Petri et Pauli in Officio votivo Ss. Apostolorum ; 5° In concursu Ss. Sacram. et Passionis, cum sint de eodem mysterio, Vesperæ integræ erunt de Ss. Sacram. sine com Passionis ; 6° Extra Tempus Paschale omittitur *Alleluia* in Officiis votivis in quibus reperitur ; et tempore paschali additur etiam in Offic. vot. Passionis, in cujus Missa semper sumitur *col. rub.*

DE SIMPLIFICATIS VEL OMISSIS DUPLICIBUS ET SEMIDUPLICIBUS.

38. Ut habeantur sedes liberæ ad nova officia introducenda, festa *dupl.* et *semid.* (exceptis festis Doctorum, occursu Domi-

nicæ vel majoris festi impedita), jam non transferuntur ; sed ipso die quo cadunt de eis fit in utrisque Vesp. et Laud. Commemoratio, cum nona lectione historica (una ex duabus vel tribus facta), si tamen hæc eo die fieri possint ; secus ejusmodi festa *dupl.* et *semid.* eo anno penitus ommittuntur, ut de simplici cautum est. Si autem perpetuo quotannis impediantur, reponuntur in prima die libera, tanquam in propria sede perpetuo recolenda. (*Rub. Brev.*)

NOTA.—*Dupl.* et *Semid.* simplificata aliquid tamen prioris ritus retinent 1° suum ordinem in Communi; 2° Com. in 2 Vesperis, nisi obstent Concurrentiæ Regulæ ; 3° Com. etiam in Missa solemni festorum Dupl 2 classis ; quod simplicibus non continget.

ORDO SERVANDUS IN CELEBRANDIS MISSIS OFFICIIS VOTIVIS CONFORMIBUS.

OFFICIA VOTIVA.	COLOR.	GLORIA.	ORATIONES.	CREDO.	PRÆFATIO.	IN FINE.
Ss. Angel.	Albus.	Recitat.	Ut in semi-dupl. (1)	Omitt.	Comm.	Ite Missa est.
Ss. Apost.	Rubeus.	Recitat.	Item.	Omitt.	Prop.	Item.
S. Joseph.	Albus.	Recitat.	Item.	Omitt.	Comm.	Item.
Ss. Sacram,	Albus.	Recitat.	Item.	Omitt.	De Nativ.	Item.
Passio D.N.	Rubeus.	Recitat.	Item.	Omitt.	De Cruce.	Item
Im. Conc.	Albus.	Recitat.	2a De Sp. S. 3a *Ecclesiae* vel *Deus omn.*	Omitt.	De B.V.	Item.

(1) Ut in semiduplicibus, 2a Or. (nisi sit facienda Commemoratio simpl. vel feriæ occ.) et 3a erunt variæ pro diversitate temporis, prout notatur in Rubr. General Missal. Tit. nis 2, 3, 4 et 6.

TABELLA

PRO MISSIS VOTIVIS PRIVATIS RECTE ORDINANDIS.

MISSÆ VOTIVAE.	COLOR PARAM.	MISSA.	*GLORIA.*	ORATIONES.	PRÆFATIO
De SS. Trinitate (6).	Albus.	Propr.	Omitt.	Ut infra (1)	Propr.
De Spiritu sancto (6).	Rubeus.	Propr.	Omitt.	Ut infra (1)	Propr.
De SS. Sacramento.	Albus	Propr.	Omitt.	Ut infra (1)	De Nativ. Dom.
De Passione Domini.	Violaceus.	Propr.	Omitt.	Ut infra (1)	De Cruce.
De S. Cruce.	Rubeus.	Propr.	Omitt.	Ut infra (1)	De Cruce.
De SS. Corde Jesu.	Albus.	*Egredimini* ut in Festo.	Omitt.	Ut infra (1)	De Nativ. Dom.; a Septuag. ad Pentec. de Cruce.
De B. Maria V.	Albus.	Propr.	Omitt. nisi in Sabb.	Ut infra (2)	Propr.
De Angelis.	Albus.	Propr.	Semper dicitur.	Ut infra (1)	Comm.
De Apostolis.	Rubeus.	Propr.	Omitt.	Ut infra (3) (4)	Propr.
Pro quacumque necessitate.	Violaceus.	Propr.	Omitt.	Ut infra (1)	Ut infra (7)
Pro infirmis.	Violaceus.	Propr.	Omitt.	Ut infra (1)	Ut infra (7)
Pro sponsis præsentibus.	Albus.	Propr.	Omitt.	Ut infra (1)	Ut infra (7)
Pro Fidei Propagatione (8).	Violaceus.	Propr.	Omitt.	Ut infra (1)	Ut infra (7)
Pro Defunctis.	Niger.	Una ex 3 prim. vel Quotid.	Omitt.	Ut infra (5)	Comm. semper.

Numquam dicitur *Credo.*

IN FINE SEMPER DICITUR EVANGELIUM. *In principio.*

(1) Prima Oratio Missæ votivæ, secunda vero de Officio diei currentis, tertia autem quæ aliunde dicenda foret 2° loco in Missa de Officio, nempe vel de Octava, vel de Feria majore, vel de Vigilia, vel de Simplici occurrente, vel *A cunctis*, vel alia de B. M. pro tempore respectivo.

(2) Prima Oratio Missæ Votivæ, secunda Officii diei currentis, tertia de Spiritu Sancto.

(3) In Votiva Apost. omnes Orationes dicuntur ut supra (1). Sed pro Apost. SS. Petro et Paulo, quo tempore dicenda esset Orat. *A cunctis*, ejus loco dicitur Oratio *Concede*, *quæsumus.*

(4) Si Missa Votiva sit tantum de S. Petro, vel de S. Paulo, tunc 2a Orat. erit de S. Apostolo, de quo non dicitur Missa, ut in eorum festis, 3a de Officio diei.

(5) In tribus primis Missis etiam lectis, nempe in Commemorat. Omn. fidelium Defunct., in die vel pro die Obitus et in Annivers. unica semper dicitur Oratio ; in Quotidianis autem sive cantatis sive lectis non minus quam tres, vel in lectis plures ad libit. usq. ad septem, sed numero impares.

(6) Quando dicenda est Missa pro Gratiarum Actione, sumitur Missa Votiva de SS. Trinit., vel de Spiritu S., vel de B.M.V. ; et tunc 2a Orat. de Officio diei, 3a pro Gratiar. Actione : *Deus cujus misericordiæ*, quæ habitur in Missali post Miss. votiv. SS. Trinit. (Rubrica propr. de Oratione dicenda *sub una conclusione*, spectat tantum ad Missam solemnem.)

(7) Propria, si adsit, vel de Octava currente, aut de Tempore, alioquinCommunis.

(8) Missa Votiva propria pro Propagatione Fidei ex Decreto 21 Aug. 1841, omnibus Diœcesibus, ubi nunc adest vel in posterum aderit Societas Propagationis Fidei, conceditur ; et hujus Missæ Orationes addere licet in Missa Festor. proprior. ejusdem Societatis, nempe in Inventione SS. Crucis, et in Festo S. Francisci Xaverii *sub una conclusione* quando fiunt 1æ classis.

Missa Votiva SS. Cordis Jesu.

I. Ex decreto Urbis et Orbis *Altero nunc elabente*, d. 28 Junii, 1889.

"In iis vero ecclesiis et oratoriis ubi feria vi., quæ prima unoquoque in mense occurrit, peculiaria exercitia pietatis in honorem Divini Cordis, approbante loci Ordinario, mane peragentur; Beatissimus Pater indulsit ut hisce exercitiis addi valeat Missa votiva de Sacro Corde Jesu: dummodo in illam diem non incidat aliquod festum Domini, aut duplex 1 classis, vel feria, vigilia, octava ex privilegiatis; de cetero servatis rubricis."

II. Ex S.C.R. decr. in una Mont. Polit., d. 20 Maii, 1890.

"Dub. I. Missa votiva SS. Cordis per decretum diei 28 Junii, 1889, pro ecclesiis in quibus de mane exercitia pietatis in honorem ejusdem Divini Cordis peraguntur concessa, celebrari debet sine *Gloria*, sine *Credo*, et cum tribus orationibus; an ritu quo celebrantur Missæ votivæ solemniter, cum *Gloria* et *Credo* et unica oratione?

Ad I. *Negative* ad primam partem; *affirmative* ad secundum.

Atque ita rescripsit, declaravit, et servari mandavit, d. 20 Maii, 1890."

Ex decreto posteriori (1892) declaratur hæc etiam de Missa non cantata intelligi.

Decreta et Rescripta S. C. Rit.

I.

Missa votiva Immac. Concept. B.M.V. indulta semel in mense, per annum 1904, *extenditur ad dies triduanae vel novenariae festiv. etiam per annum* 1905.

Ex decreto Urbis et Orbis die 14 Augusti, 1903, SS.D.N, Pius Papa X. indulsit ut, decurrente anno 1904, a proximo die festo Immaculatae Concept. B.M.V. computando, *die octava* cujusque mensis, vel, justis de causis, Dominica eam immediate sequente, in Ecclesiis aut Oratoriis, ubi, approbante loci Ordinario, quaedam exercitia pietatis fiant in honorem B.M.V. Immaculatae, praeparatoria quinquagenariis solemniis dogmaticae definitionis, *unica* Missa votiva, sive cum cantu sive lecta, de Ipsius SS. Virginis Immaculata Conceptione celebrari valeat, cum iisdem privilegiis quae competunt Missae votivae solemni pro re gravi, . . . ita ut hujusmodi Missa dicatur cum *Gloria* et *Credo*, et unica Oratione, et dummodo non occurrat duplex primae classis aut Dominica item primae classis; aliquod festum ejusdem B.M.V., feria, vigilia, aut octava ex privilegiatis: in quibus solummodo Commemoratio fieri poterit per Orationem Missae Votivae post Orationem Missae de die, sub unica conclusione.

Insuper Sanctitas Sua concessit, ut in praefatis Ecclesiis aut Oratoriis, praeter memoratam Missam Votivam, qualibet die octava mensis vel Dominica proxime sequente indultam, ceteris Missis tunc addi possit Commemoratio Immac. Concept. B.M.V. ad instar festi duplicis simplificati: Servatis in omnibus Rubricis.

Die autem 22 Junii, 1904, ex Decreto S.C.R., SS. D.N. "Missam votivam de ipsamet Immaculata Concepfione qualibet die octava uniuscujusque mensis vel Dominica sequenti una cum ejusdem commemoratione indultam per Decretum S.R.C. *Urbis et Orbis* die 14 Aug., 1903, *extendere dignatus est ad singulos dies triduanae vel novenariae festivitatis quae in quibusvis Ecclesiis sen oratoriis. approbante loci Ordinario in honorem Virginis Immaculatae intra hunc vel proximum annum instituetur*, servatis tamen ceteris clausulis et conditionibus quae in memorato Decreto praescriptae sunt."

II.

Officia Propria conceduntur pro Festis nonnullorum Sanctorum Hiberniae.

Armacana, Cassilien. Dublinen ac Tuamen.

Apostolicae Sedis Decreto quum instantibus Rmis. Sacris Hiberniae Antistitibus, anno superiore confirmatus sit cultus ab immemorabili tempore nonnullis ipsius Hiberniae Dei famulis praestitus, Sanctis nuncupatis, quorum elenchus huic Decreto subjicitur; iteratas preces Rmus. Dominus Joannes Healy, olim Episcopus Clonfertensis, nunc Tuamensis Archiepiscopus, una cum ceteris Hiberniae Praesulibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X humillime submisit, ut Officia atque Ellogia Martyrologiis inserenda pro festis peculiarium Sanctorum approbare, et petentibus Hiberniae Dioecesibus concedere dignaretur, quorum schema demississime subjecit.

Ejusmodi porro Lectiones secundi nocturni atque Orationes Officiis ac Missis de respectivo Communi addendas, necnon memorata Ellogia pro Dioecesium Martyrologiis, quum de more Emus ac Rmus Dnus Cardinalis Vincentius Vannutelli, Episcopus Praenestinus, Relator, in ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis, subsignata die ad Vaticanum habitis, proposuerit; Emi et Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, re mature perpensa, auditoque scripto et voce R. P. Alexandro Verde, S. Fidei Promotore, rescribere rati sunt: *Pro gratia; et ad Emum Ponentem cum Promotore Fidei.* Die 1 Septembriis, 1903.

Omnium denique exhibitarum Lectionum atque Ellogiorum revisione rite peracta, hisque omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua sententiam Sacri ipsius Consilii ratam habens, suprascriptas Lectiones, Orationes, atque Ellogia suprema auctoritate sua approbavit, atque Officia cum Missis de respectivis festis a Clero cujusque Dioeceseos Hiberniae sub ritu expetito quotannis recolendis benigne indulgere dignata est: servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 7 iisdem mense et anno.

Elenchus

Dei Famulorum Hiberniae Sanctorum Nuncupatorum.

S. Celsus, Ep. et Conf.
S. Colmanus, Ep. et Conf.
S. Columba, Abb.
S. Comgallus, Abb.
S. Eugenius, Ep. et Conf.
S. Fedliminus, Ep. et Conf.
S. Finianus, Ep. et Conf.
S. Macanisius, Ep. et Conf.
S. Macartinus, Ep. et Conf.
S. Canicius, Abb.
S. Coemgenus, Abb.
S. Conlethus, Ep. et Conf.
S. Edanus, Ep. et Conf.
S. Kiranus, Ep. et Conf.
S. Laserianus, Ep. et Conf.
S. Albertus, Ep. et Conf.
S. Brendanus, Abb.
S. Carthagus, Ep. et Conf.
S. Cataldus, Ep. ep Conf.
S. Colmanus, Ep. et Conf.
S. Declanus, Ep. et Conf.
S. Fachananus, Ep. et Conf.
S. Flannanus, Ep. et Conf.
S. Finbarrus, Ep. et Conf.
S. Otteranus, Ep. et Conf.
S. Asicus, Ep. et Conf.
S. Colmanus, Ep. et Conf.
S. Jarlathus, Ep. et Conf.
S. Muredachus, Ep. et Conf.
S. Natheus, Ep. et Conf.

S. Card. Cretoni, *S.R.C. Praef.*

L. ✠ S.

✠ D. Panici, Archiep. Laodicen, *S.R.C. Secret.*

E Secretaria Brevium.

Festum S. Francisci Xaverii elevatur ad ritum duplicem majorem.

Per Apostolicas Literas datas die 25ta Martii, 1904, SS. D.N. Pius PP. X. "S. Franciscum Xaverium Societati *a Fidei Propagatione* nuncupatae Patronum elegit et dedit; ejusque diem festum ad ritum duplicem majorem, servatis rubricis, apud universam Ecclesiam provexit."

S. C. Indulg.

Indulg. conceditur ter recitantibus post preces praescriptas in fine Missae Privatae invocationem "Cor Jesu Sacratissimum, miserere nobis."

I. Urbi et Orbi.

Quo ferventius Christifideles, hac praesertim temporum acerbitate, ad Sacratissimum Cor Jesu confugiant Eique laudis et placationis obsequia indesinenter depromere, divinamque miserationem implorare contendant, SSmo Dn N. Pio Pp. X supplicia vota haud semel sunt delata ut precibus, quae jussu s. m Leonis XIII post privatam missae celebrationem persolvi solent, ter addi

possit sequens invocatio: "Cor Jesu sacratissimum, miserere nobis," aliquâ tributâ Indulgentia Sacerdoti cæterisque una cum eo illam devote recitantibus.

Porro Sanctitas Sua, cui, ob excultam vel a primis annis pietatem singularem, nihil potius est atque optatius, quam ut gentium religio magis magisque in dies augeatur erga sanctissimum Cor Jesu in quo omnium gratiarum thesauri sunt reconditi, postulationibus perlibenter annuere duxit: ac proinde universis e christiano populo, qui una cum ipso Sacerdote, post privatam Missae celebrationem, precibus jam indictis praefatam invocationem addiderint, Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum, defunctis quoque applicabilem, benigne elargiri dignata est. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romanae ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiis Sacris que Reliquiis praepositae die 17 Junii, 1904.

A. Card. TRIPEPI, *Præfectus.*
DIOMEDES PANICI, Arch. Laodic., *Secretarius.*

II. ROMANA.

Ab hac S. Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, quoad Decretum *Urbis et Orbis*, diei 17 Junii, 1904, quo concedebantur Indulgentiae pro invocatione "*Cor Jesu Sacratissimum, miserere nobis*," quaesitum est:

1. An ad lucrandas Indulgentias sufficiat, ut Sacerdos dicat tantum "*Cor Jesu Sacratissimum*" et populus respondeat "*Miserere nobis*"?

2. An ejusdem invocationis recitatio, addenda precibus jam indictis post Missae celebrationem, sit obligatoria?

Et S. Congregatio respondendum censuit:—

Ad 1. *Affirmative.*

Ad 2. "Quamvis obligatio proprii nominis a Summo Pontifice imposita non sit, vult tamen Beatissimus Pater, ut conformitati consulatur, ac proinde singuli Sacerdotes ad eam invocationem recitandam adhortentur."

Datum Romae, ex Secretaria ejusdem S. C. die 19 Augusti, 1904.

A. Card. TRIPEPI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

✠ D. PANICI, Archiep. Laodicen, *Secret.*

ABBREVIATIONUM EXPLANATIO.

Abb.	Abbas.	lect.	lectio.
Ant.	Antiphona.	9 l.	9 lectio.
Apost.	Apostolus.	M.	Martyr.
C.	Confessor.	Mis.	Missa.
cap.	capitulum.	m.t.v.	Mutatur tertius Versus (In hymno *Iste Confessor*.
com.	commemoratio	P.	Papa.
comm.	commune.	prop.	proprius.
D.	Dioecesis.	Psalt.	Psalterium.
D.	Doctor.	℟.	Responsorium.
d. f.	dies fixa.	Soc.	Socius, *vel* Socii.
dic.	dicitur, *vel* dicuntur.	V.	Virgo.
Dom.	Dominica.	V. M.	Virgo et Martyr.
Ep.	Episcopus.	℣.	Versiculus.
Ev.	Evangelium.	Vid.	Vidua.
Ev. ult.	Evangelium ultimum	Vot.	Votiva.
L. et M.	Laudes et Missa	ult.	ultimus.

Abbreviationes adhibitæ ad colores indicandos nulla indigent explanatione, saltem pro iis qui Latinum idioma callent. Pro aliis sufficiat nota sequens.

For Sacristans who do not Understand *Latin*

The colour of the vestments for each day is indicated by the abbreviated Latin word printed on the margin to the left of the page. The following are the English equivalents for these words:—

Alb.—White. *Rub.*—Red. *Virid.*—Green. *Viol.*—Violet. *Nig.*—Black.

✠

In Nomine Domini, Amen.

ANNO DOMINI MDCCCCV.

Epactæ. *Dies Mensis.*

JANUARIUS.

Cras annuntiandum est Fest. Epiphaniæ Fer. vi. seq.

xxiv.—1. *Alb.* ✠[1] *Dominica* (vacat) **CIRCUMCISIO DOMINI,** *dupl* 2 *cl.* Off. prop. nulla com. Ad Hymnos Doxologia, *Jesu, tibi sit gloria, qui natus es de Virgine,*[2] et in ℟. ad Prim. ℣. *Qui natus es de Maria Virgine,* usque ad Epiph. In Missa *Gloria,*[3] *Credo.* Præf. et *Communicantes* de Nativit. In 2 Vesp. com. seq. tantum. Orat. prop.—*Alb.*

In Diœces. Limericen. Vesp. de seq. S. Patrono. (Or. *Da quæsumus.*) Com. præc. et S. Stephani tantum.—*Alb.*

xxv.—2. *Rub.* Fer. ii. **Octava S. Stephani,** Protomart. *dupl.* ut in festo et prop. loc. Commem. duar. Octavar. in L. et M. *Credo.* Præf. de Nativ. Domini. *Communicantes* de comm Vesp. a cap. de seq. (ut in 1 Vesp.) com præced. et Oct. Ss. Innoc.

Alb. **In D. Limericen.** S. Munchini, Ep. et C. et Patroni, *dupl.* 1 *cl.* sine Oct. Omn. de comm. 1 loc. com. S. Stephani tant. in L. et M. *Credo.* Præf. de Nativitate. *Communicantes* de comm. In 2 Vesp. com. seq. et S. Stephani tant.

---

[1] Hoc signum ✠ monet quibusnam diebus Missam pro populo applicandam Parochorum sit curare.

[2] Postea sic brevius " Doxol. *Jesu...qui natus.*"

[3] *Gloria* dicendum est in omni Missa nisi aliter notetur.

xxvi.—3. *Alb.* Fer. iii. **Octava S. Joannis,** Ap. *dupl.* ut in festo et pr. loc.; com. Oct. Ss. Innoc. in L. et M. *Credo.* Præf. de Apost. *Communicantes* de comm. In 2 Vesp. com. seq. (ex 1 Vesp.)

xxvii.—4. *Rub.* Fer. iv. **Octava Ss. Innoc.,** Mm. *dupl.* ut in fest. et pr. loc. Ad 8 ℟. add. *Gloria Patri* et loco 9 ℟. dic. *Te Deum.* Præf. de Nativ. *Communicantes* de comm. *Ite Missa est.* In 2 Vesp. com. Vigil. Epiph. et S. Telesphori, P.M.

xxviii.—5. *Alb.* Fer. v. **Vigilia Epiph.,** *semid.* Off. ut in fest. Circum. et prop. loc., com. S. Telesph. in L. et M. (Non fiunt Suffr. Ss. nec Preces Dominical.) 3 Or. *Deus qui salutis.* Vesp. de seq. solem. sine com. Ad Complet. et Hor. Doxol. *Jesu...qui apparuisti* per tot. Oct.

⁂ Hodie prohibentur Missæ quotidianæ de Requiem.

In festo Epiphaniæ prohibetur quælibet Missa votiva et de Requiem.—Diebus infra Octavam prohibentur omnes Missæ votivæ privatæ; itemque, generatim loquendo, Missæ de Requiem sive privatæ sive solemnes. Permittitur tamen *corpore præsente* vel *physice* vel *moraliter*, una cantata de Requiem; et, si non omittatur cantata, permittuntur etiam lectae.

● *Novilun. hor.* 5.52 *vesp.*

xxix.—6. *Alb.* ✠ Fer. vi. **EPIPHANIA DOMINI,** *dupl. 1 cl.* cum Oct. Omn. pr. Ad Matut. non dicuntur *Dne. labia,* neque *Invitator.* nec Ps. *Venite,* sed dictis *Pater, Ave, Credo,* statim incipitur ab Antiph. *Afferte Domino.* In 3 Nocturn. omitt. Ps. *Fundamenta,* cum sua Antiph. *Homo.* In Mis. *Credo.* Ad Prim.

in ℟. br. ℣. *Qui apparuisti*, per Oct. Præf. et *Communicantes* prop. per Oct. 2 Vesp. sine com.—*Alb.*

Cras mane aperiuntur nuptiarum solemnitates.

xxx.—7. *Alb.* Sabb. **De 2 die inf. Oct.** *semid.* Ad Matutin. dicuntur hodie et per Oct. *Dne. labia, Invitator.* cum Ps. *Venite.* Ll. Nn. per Oct. ut in Brev.; In 3 Noct. omitt. Ps. *Venite* cum sua Antiph. Ad *Benedictus* Ant. singulis diebus infra Oct. prop. In M. 2 Or. *Deus qui salutis,* de B.M.V. 3 *Ecclesiæ*, vel pro Papa. *Credo.* Vesp. a cap. de Dom. infra Oct., com. Oct. (Ant. *Videntes stellam,* ℣. *Omnes de Saba.*) (Ant. ad *Magnif.* sing. dieb. prop.)

In D. Cassilien. Vesp. de seq. S. Patrono. (Or. *Da quæsumus.*) Com. Dom. et Oct. Epiph.

i.—8. *Alb.* ✠ DOMINICA I. post Epiph. et infra Oct. **De ea**, *semid.* Ll. 1 N. *Incip. Epist.* 1 *ad Corinthios* de Dom. 1 post Epiph. (quæ deinceps est Scr. occ.) ℟. 1. *Hodie in Jordane.* Com. Oct. in L. et M. *Credo.* In 2 Vesp. com Oct.—*Alb.*

Alb. **In D. Cassilien.** S. Alberti, Ep. et C. et Patroni, *dupl.* 1 *cl. cum Oct.* Omn. de comm. 1 loco. exc. Ll. 2 N. prop. (Suppl. nov. Hib.) 9 l. et com. Dom. et Oct. Epiph. in L. et M. (*Statuit*). *Credo* per Oct. Præf. et *Communic.* de Epiph., Ad Prim. ℟. br. *Qui apparuisti.* In 2 Vesp. com. Dom. et Oct. Epiph.—*Alb.*

ii.—9. *Alb.* Fer. ii. **De 3 die infra Oct.** *semid.* Ll. 1 N. de *Ep.* 1 *ad Cor.* occ. In Mis. 2 Or. *Deus qui salutis*, 3 *Ecclesiæ*, vel pro Papa. *Credo.* Vesp. de Oct.

In D. Cassilien. Ll. 1 N, *Incip.* Ep. 1 *ad Cor.* de Dom. præc. com. Oct. S. **Patr.** in L. et M. 3 Or. *Deus qui salutis. Credo.* In 2 Vesp. com. Oct. S. Patr.

iii.—10. *Alb.* Fer. iii. **De 4 die inf. Oct.** *semid.* In Mis. 2 et 3 Or. ut heri. *Credo.* In 2 Vesp. com. S. Hygini, P.M.

In D. Cassilien. Com. Oct. S, **Patr.** in L. et M. 3 Or. *Deus qui salutis. Credo.* Vesp. de Oct. Epiph. com. Oct. S. Patroni, et S. Hygini, P.M.

iv.—11. *Alb.* Fer. iv. **De 5 die inf. Oct.** *semid.* com. S. Hygini in L. et M. 3 Or. *Deus qui salutis.* Credo. Vesp. de Oct.

In D. Cassilien. Com. Oct. S. Patr. et S. Hygini, in L. et M. *Credo.* In 2 Vesp. com Oct. S. Patr.

v.—12. *Alb.* Fer. v. **De 6 die inf. Oct.** *semid.* In Mis. 2 Or. *Deus qui salutis,* 3 *Eccles.* vel pro Papa. *Credo.* Vesp. de die Oct. ut in 1 Vesp. Festi præter Orat. propr.

In D. Cassilien. Com. Oct. S. Patroni in L. et M. 3 Or. *Deus qui salutis. Credo.* Vesp. de die Oct. Epiph. com. Oct. S. Patroni.

vi.—13. *Alb.* Fer. vi. **Octava Epiph.** *dupl.* Ll. 1 Noct. de *Epist.* 1 *ad Corinth.* occ. Ll. 2 et 3 Nn. et Missa propr. *Credo.* In 2 Vesp. com. seq. (Ant. *O Doctor*) et S. Felicis, M.

In D. Cassilien. Com. Oct. S. Patroni in L et M. *Credo.* In 2 Vesp. com. seq. (Ant. *O Doctor*) Oct. S. Patroni, ac S. Felicis, M.

☽ *Lun. prim. quadr. hor.* 7.46 *vesp.*

vii.—14 *Alb.* Sabb. **S. Hilarii,** Ep. et D. *dupl.* (m.t.v.) Ll. 1 N. de Scr. occ. 9 l. et com. S. Felicis in L. et M. *Credo.* Præf. comm. Vesp. de seq. com. præc. (Ant. *O Doctor*) S. Itæ, V. (*dupl. simplf.*—omn. de comm. Virg.) et Dom. 2 (Ant. *Suscepit.* ℣. *Vespertina*) tant.

In D. Cassilien. 9 l. S. Felicis, et com. Oct. S. Patroni et ejusd. S. Mart. in L. et M. *Credo.* Vesp. de seq. com. præc., diei Octav. S. Patr. (ut in 1 Vesp. Festi) et Dom. 2.

In DD. Limericen. Waterfordien. et Lismoren. Vesp. ut in *Ord. Generali*; Or. S. Itæ propr.

viii.--15 *Alb.* ✠ DOMINICA II. post Epiph. **Ss. Nominis Jesu,** *dupl.* 2 *cl.* Omn. propr. 9 l. hom Dom. com. S. Itæ, V. (de comm. Virg.), Dom. et S.Mauri, Abb., in L. et M. (omitt. com. S. Mauri in Mis. cantatis). *Credo.* Præf. de Nativitate Domini. Ev. ult. Dom. In 2 Vesp. com. seq. S. Itæ et Dom.—*Alb.*

In DD. Limeric. Waterfordien. et Lismor. Omnia ut supra; Or. S. Itæ propr.—*Alb.*

In D. Cassilien. Com. diei Oct. S. Patr. (loc. S. Itæ) in L. M. et Vesp. Caet. ut supra.—*Alb.*

ix.--16 *Alb.* Fer. ii. **S. Fursæi,** Abb. *dupl.* (Suppl, Hibern.) Ll. 1 N. *Incip. Ep.* 2 *ad Corinth.* è Dom. 2; Ll. 2 N. prop.; Ll. 3 N. et Mis. de comm. Abb. Vesp. a cap. de seq. com. præc. (Or. *Deus, qui nos*, de comm. Conf. non Pont.)

x.—17 *Alb.* Fer. iii. **S. Antonii.** Abb. *dupl.* Vesp. de seq. com. S. Pauli, Ap., præc., et S. Priscæ, V.M.

xi.—18. *Alb.* Fer. iv. **Cathedra S. Petri, Romæ,** *dupl. maj.* Offic. propr. 9 l. S. Priscæ, et com. S. Pauli, et ejusdem S. Virg. in L. et M. *Credo.* Præf. Apost. In 2 Vesp. com. S. Pauli, seq. et SS. Marii ac Soc., **Mm.**

xii.—19. *Rub.* Fer. v. **S. Canuti,** Reg. et M. *semid.* ad libit. 9 l, et com. Ss. Mm. in L. (*Suffrag. Ss.*) et M. 3 Or. *Deus qui salutis* de B.M.V. (Secreta tamen, *Tua Domine* è **Mis. Vot.** B.M.V. post Purif.) Evangelium *Si quis vult* (è Mis. *Sacerdotes Dei.*) Ad Prim. *Preces Dominic.* Vesp. de seq. com. præc.

xiii.—20. *Rub.* Fer. vi. **Ss. Fabiani et Sebastiani,** Mm. *dupl.* Vesp. a cap. de seq. (Ant. ad *Magnificat* propr.), com. præc.

xiv.—21. *Rub.* Sabb. **S. Agnetis,** Virg. et M. *dupl.* Offic. propr. In 2 Vesp. com. Dom. 3 (Ant. *Suscepit.* ℣. *Vespertina*) et Ss. Vincentii et Anastasiæ, Mm. (*semid. simplf.*)

In DD. Dublinen et Corcag. Vesp. de seq. com. præc., Dom. ac Ss. Vincent. et Anast., Mm. Ad Compl. et Hor. Doxl. *Jesu..qui natus.*

O *Plenilun. hor.* 6.49 *mane.*

xv.—22. *Virid.* ✠ DOMINICA III. post Epiph. **De ea,** *semid,* ut in Psalt. et prop. 9 l. (é tribus una) et com. Ss. Vincent. et Anast. in L. (*Suffr. Ss.*) et M. 3 Or. *Deus qui salutis.* Dic *Gloria* et *Credo.* Præf. Ss. Trinit. Ad Prim. Ps. *Confitemini,* et Symb. *Quicunque* et *Preces. Dominic.* Vesp. de seq. com. S. Joseph, Dom. Ss. Vincent. ac Anast.

(è 2 Vesp.) et S. Emerentianæ, V.M. Ad Compl. et Hor. Doxol. *Jesu...qui natus.*—*Alb.*

Alb. **In DD. Dublin. et Corcag.** S. Familiæ, Jesu, Mariæ, Joseph. *dupl. maj.* (Suppl. *pro aliq. loc.* ad Dom. III. post Epiph.). Off. et Mis. prop. 9 l. hom. et com. Dom. et Ss. Vincent et Anast. in L. et M. *Credo.* Præf. de Nativ. Dni. Ev. ult. Dom. In 2 Vesp. com. Dom., Ss. Vincent. ac Anast., et S. Emerentianæ tant. Doxol. ut supra.—*Alb.*

xvi.—23. *Alb.* Fer. ii. **Desponsatio B. M. V.** *dupl. maj.* Omn. prop. (in Suppl. *Pro aliquibus locis*). 9 l. S. Emerentianæ V. et M. et com. S. Joseph, et ejusdem S. Virg. in L. et M, *Credo.* Praef. de B.M.V. *Et te in Desponsatione.* In 2 Vesp. com. S. Joseph et seq. Ad Complet. Doxol. ut supra.

xvii.—24. *Rub.* Fer. iii. **S. Timothei,** Ep. et M. *dupl.* Ll. 1 N. de Scrip. occ. Vesp. de seq. com. S. Petri et præc.

In DD. Dublin et Corcag. Ll. 1 N. *Incip. Ep. ad Galat.* è Dom. 3.

xviii.—25. *Alb.* Fer. iv. **Conversio S. Pauli,** Ap. *dupl. maj.* com. S. Petri in L. et M. *Credo.* Praef. Apost. In 2 Vesp. com. S. Petri et seq.

xix.—26 *Rub.* Fer. v. **S. Polycarpi,** Ep. et M. *dupl.* Ll. 1 N. *Incip. Ep. ad Ephes.* (occ. heri). Vesp. a cap. de seq. (m. t. v.—Ant. *O Doctor*), com. præc.

xx.—27. *Alb.* Fer. vi. **S. Joannis Chrysostomi,** Ep. et D. *dupl.* (m.t.v.) Ll. 1 N. de Scrip. occ. In Mis. *Credo.* In 2 Vesp.(Ant. *O Doctor*) com. seq. et S. Agnetis. Ad Compl. et Hor. Doxol. *Jesu...qui natus.*

☾ *Lun. ult. quadr. hor.* **11.55** *vesp.*

xxi.—28. *Alb.* | Sabb. **Off. Vot. de Immac. Concept. B.M.V.**, *semid.* (de præcept. in Hibernia). Ll. 1 N. de Scrip. occ. 9 l. et com. S. Agnetis, V. (Ant. prop.) in L. et M. 3 Or. de Spirit. Sanct. Præf. de B.M.V. *Et te in Concept. Immac.* Vesp. de seq. (Ant. *O Doctor*) com. præc. et Dom. 4 (Ant. *Suscepit* ℣. *Vespertina*).

xxii.—29. *Alb.* | ✠ DOMINICA IV. post Epiph. **S. Francisci Salesii,** Ep. et D. *dupl.* (m.t.v.) Ll. 1 N. *Sapientiam* de comm. Doct. 9 l. et com. Dom. in L. et M. *Credo.* **Ev.** ult. Dom. In 2 Vesp. (Ant. *O Doctor*) com. seq. et Dom.

xxiii.—30. *Rub.* | Fer. ii. **S. Martinæ,** V. et M. *semid.* Ad Matut. et L. Hymn. prop. Ll. 1 N. *Incip. Ep. ad Philipp.* è Dom. præc. Ad Laud. *Suffrag. Ss.*; et in Mis. 2 Or. de B.M.V. *Deus qui salutis*, 3 *Eccl.*, vel pro Pap. Ad Prim. *Prec. Dominical.* Vesp. de seq. (Or. *Da quæsumus*) com. præc.

In D. Fernen. Vesp. de seq. S. Patrono (Orat. *Da quæsumus*), sine com.

xxiv.—31 *Alb.* | Fer. iii. **S. Edani,** Ep. et C. *dupl. maj.* Omn. de comm. 1 loc. exc. Ll. 2 N. prop. (Suppl. nov. Hibern.) Vesp. de seq. com. præc.

Alb. | **In D. Fernen.** S. Edani, Ep. et C. et Patroni, *dup.* 1 *cl.* cum Oct. Omn. de comm. exc. Ll. 2 N. prop. (Suppl. Hib.) Dic. *Credo* per Oct. In 2 Vesp. com. seq.

FEBRUARIUS.

xxv.—1. *Alb.* Fer. iv. **S. BRIGIDÆ,** VIRG., *dupl.* 2 *cl.* Supplem. Hiberniæ. Vesp. de seq. com. præc. Ad complet. et Hor. Doxol. *Jesu ...qui natus.—Alb.*

Alb. **In DD. Kildar. et Leighlinen.** S. BRIGIDÆ, V. et PATRONÆ, *dupl.* 1 *cl.* cum. Oct. In Mis. *Credo* per Oct. In 2 Vesp. com. seq. Ad Complet. et hor Doxol. *Jesu...qui natus.—Alb.*

Alb. **In D. Fernensi.** S. BRIGIDÆ, ut sup. (*Nil de Oct. S. Patroni.*)

xxvi.—2 *Alb.* ✠ Fer. v. **PURIFICATIO B.M.V.** *dupl.* 2 *cl.* In Mis. *Credo.* Præf. de Nativit. Domini. In 2 Vesp. com. seq.

(*Vel,* In 2 Vesp. com. Off. Vot. de Pass., et S. Blasii, Ep. et M. Ad Compl. Doxol. *Jesu...qui natus.*)

In DD. Kildar. et Leighlin. Mane nil de Oct. Patr. In 2 Vesp. com. Oct. et S. Blasii.

In D. Fernen. Mane nil de Oct. Patr. In 2 Vesp. com. Oct. et S. Blasii.

*** 1 Ante Missam Solemnem fit benedictio et distributio candelarum, ac processio, prout in Missali notatur. Orationes in hac et aliis benedictionibus dicuntur ex parte Epistolæ junctis manibus. Candelæ accend. ad Evangel. et ab elev. Ss. Sacr. usque ad Communionem.

2. In minoribus ecclesiis parochialibus, quando ministri desunt, pro his aliisque sacris per annum functionibus utendum erit Memoriali Rituum jussu Benedicti XIII. P. M. edito.

3. In fine Completorii (nondum ad Vesp.) et postea dic. Ant. *Ave Regina*, et quidem stando a primis Vesp. Sabb. usque ad occasum solis Dom.; quod etiam servatur in fine Laudum feriæ 2., si in Dominica anticipantur. Idem valet de Antiphonis finalibus *Salve Regina* et *Alma Redemptoris;* ceteris vero diebus genuflectendo. *S.R.C.* 12 *Nov.* 1831 *ad* 45.

xxvii.—3. *Rub.* Fer. vi.—**S. Blasii,** Ep. et M., *simpl.* Ad Matut. Invit. et Hymn. de comm. un. Mart. Psalm. de fer. L. 1 *Incip. Ep. ad Coloss.* è fer. 3; L. 2 *Incip. Ep.* 1 *ad Thess.* è fer. 5 præc.; L. 3 prop. ℟℟. è 2 Noct. comm. un Mart. L. et Hor. ut in eodem comm. Ad L. dic. *Suffr. Ss.* et ad Prim. *Preces. Dominic.* Ad Mis. (cum *Gloria*). 2 Or. *Fidelium,* 3 *A cunctis.* Vesp. de seq. (m.t.v.) sine com.

Rub. (*Vel,* **Off. Vot. de Passione D.N.** *semid.* In 1 Noct. L. 1, *Incip. Ep. ad Coloss.* è fer. 3 præc.; Ll. 2 et 3 *Incip. Ep.* 1 *ad Thess.* è fer. 5. 9 l. et com. S. Blasii in L. (*Suffr. Ss.*) et M. 3 Or. *A cunctis.* Præf. de Cruce. In Prim. *Preces. Dominic.* Vesp. de seq. (m.t.v.) com. præc. Ad Compl. Doxol. ut in die, *Sit laus Patri,* &c.)

Alb. **In DD. Kildar. et Leighlin. De Oct. S. Patronæ,** *semid.* Ll. 1 N. *Incip.* ut supra. Ll. 2 N. de comm. Virg. Cæt. ut in die festi. 9 l. et com. S. Blasii in L. et M. 3 Or. *Concede* de B.M.V. *Credo.* V[illegible]p de seq. (m.t.v.) com. Oct.

Alb. **In D. [illegible]e nen.** De Oct S. Patroni, *Semid.* Ll. 1 N. *Incip.* ut Supra. Ll. 2 N. de comm. 1 loc. Caet. ut in die festi. 9 l. et com. S. Blasii in L et M. 3 Or. *Concede* de B.V.M. *Credo.* Vesp. de seq. (m.t.v.) com. Oct.

xxviii.—4 *Alb.* Sabb. **S. Andreæ Corsini,** Ep. et C. *dupl.* (m.t.v.) Vesp. a cap. de seq. (propr.) com. præc. et Dom. 5.

In D. Galvien, &c. 2 Or. *Deus omn.* pro Rm. FRANCISCO. in anniv. ejus Consecr.

In DD. Fernen. Kildar. et Leighlin. Add. Com. Oct. S. Patr. in L. M. et V. *Credo.*

● *Novilun. hor.* 10.41 *mane.*

xxix.—5 *Rub.* ✠ DOMINICA V. Post Epiph. **S. Agathæ,** V. et M. *dupl.* Ll. 1 N. *Confitebor* de comm. 2 loc. 9 l. hom. et com. Dom. in L. et M. *Credo.* Ev. ult. Dom. Vesp. de seq. com. præc. Dom. et S. Dorotheæ, V. et M.—*Alb.*

In DD. Daren. et Leighl. Add. Com. Oct. in L. (Ant. *Simile est,* è Laud. ℣. *Specie. tua,* è 1 Vesp.) et M. *Credo.* In Vesp. de seq. com præced. Dom. et Oct. (Ant. *Veni sponsa.* ℣. *Specie tua,* è 1 Vesp.) et S. Dorotheæ, (Antiph. *Simile est,* è Laud. ℣. *Adjuvabit eam,* è *Tertia,* vel è 2 Noct.)—*Alb.*

In D. Fernen. Add. Com. Oct. in L. et M. *Credo.* Vesp. de seq. com. præced., Dom. Oct. et S. Virg.

In D. Ardag. Vesp. de seq. S. Patrono, (Orat. prop.) sine com.

i.—6. *Alb.* Fer. ii. **S. Melis,** Ep. et C. *dupl. maj.* Omn. de comm. 1 loco, 9 l. et com. S. Virg. in L. et M. In 2 Vesp. com. seq.

In DD. Kildar. et Leighl. 9 l. de S. Virg. et Com. Oct. ac. S. Virg. in L. et M. *Credo.* In 2 Vesp. c m. seq. et Oct.

In D. Fernen. 9 l. S. Virg. et com. Oct. (Ant. *Sacerdos* et ℣. *Amavit eum* è 1 Vesp. Or. *Exaudi* de comm.) et S. Virg. in L. et M. *Credo.* In 2 Vesp. com. diei Oct. S. Patr. (è 1 Vesp.)

Alb. **In D. Ardag.** S. Melis, Ep. et C. et Patroni, *dupl.* 1 *cl.* cum. Oct. Ll. 2 N. et Or. propr., cæt. de comm. 1 loc. Nil de S. Virg. In Mis. *Statuit.* *Credo* per Oct. In 2 Vesp. com. seq.

ii.–7 *Alb.* Fer. iii. **S. Romualdi,** Abb. *dupl.* In 1 Noct. L. 1 *Incip. Ep.* 1 *ad Timoth.* è Dom. præc; Ll. 2 et 3 *Incip. Ep.* 2 *ad Timoth.* occ. Vesp. a cap. de seq. (m.t.v.) com. præc.

In DD. Kildar. et Leighl. Com. Oct. in L. et M. *Credo.* Vesp. a cap. de die Oct. com. præc.

In D. Ard. Com. Oct. in L.M. et V. *Credo.*

Alb. **In D. Fernen.** Octava S. Edani, Ep. *dupl.* Ll. 1 N. *Incip.* ut supra. Ll. 2 et 3 Nn. ut in die festi. In Mis. *Credo.* Vesp. a cap. de seq. (m.t.v.) com. Oct.

iii.—8. *Alb.* Fer. iv. **Joannis de Matha,** C. *dupl.* Vesp. a cap de seq. (m.t.v. Ant. *O Doctor*) com. præc. et S. Apolloniæ, V.

In DD. Cassilien. et Limeric. et Fernen. Vesp. a cap. de seq. (respective) com. præc. et S. Apolloniæ, V.M.

In D. Ardaghen. Com. Oct. in L. et M. *Credo.* Vesp. a cap. de seq. com. præc. Oct. et S. Apolloniæ.

Alb **In DD. Daren. et Leighl.** Octava S. Brigidæ V. *dupl.* Ll. 1 N. de Scr. occ. Cæt. ut in die festi. *Credo.* Vesp. a cap. de seq. (m.t.v). com. præc. et S. Apolloniæ. (Ant. *Simile est.* è Laud. V. *Specie tua,* è 1 Vesp.)

iv.—9. *Alb.* Fer. v. **S. Cyrilli Alexandrini,** Ep. et D. *dupl.* (m.t.v.) Ll. 1 N. *Incip. Ep. ad Titum.* occ. 9 l. et com. S. Apolloniæ in L. et M. *Credo.* Vesp. a cap. de seq. com. præc. (Ant. *O Doctor.*)

Rub. **In DD. Cassilien. et Limericen.** S. Ignatii, Ep. et M. *dupl.* d. f. (è Feb. 1.) 9 l. et com. S. Apolloniæ in L. et M. Vesp. a cap. de seq. com. præc.

Rub. **In D. Ardaghen.** S. Ignatii, Ep. et M. *dupl.* d. f. (è Feb. 1.) 9 l. S. Apolloniæ et com. Oct. et S. Virg. in L. et M. *Credo.* Vesp. a cap. de seq. com. præc. et Oct.

Alb. **In D. Fernen.** S. Romualdi, Abb. *dupl.* (m.t.v.) d. f. (è Feb. 7.) 9 l. et com. S. Apolloniæ in L. et M. Vesp. a cap. de seq. com præc.

Alb. **In DD. Daren. et Leighlinen.** S. Joannis de Matha, C. *dupl.* (m.t.v.) d. f. (in Brev. heri.) 9 l. et com. S. Apolloniæ, in L. et M. Vesp. a cap. de seq. com. Præc.

v.—10. *Alb.* Fer. vi. **S. Scholasticæ,** V. *dupl.* Ll. 1 N. de Scr. occ. Vesp. a cap. de seq. com. præc.

In D. Fernen. Vesp. a cap. de seq. com. præc.

In D. Ardaghen. Com. Oct. in L. M. et V. *Credo.*

vi.—11. *Alb.* Sabb. **Ss. Septem Fundatorum Ord. Servor. B.M.V.** Cc. *dupl.* Off. propr. (in Supplem. vel. Breviar. noviss.) Ll. 1 N. *Incip. Ep. ad Philem.* occ. Missa propr. Vesp. a cap. de seq. (m.t.v.) com. præc. et Dom. 6.

In DD. Cassilien. Limeric. Daren. et Leighl. In 2 Vesp. com. Dom. et S. Raymundi, C.(*semid simplf.*—è 23 Jan.)

In D. Ardaghen. Com. Oct. in L. et M. *Credo.* In 2 Vesp. com. Dom. et S. Raymundi, C. (*semid. simplf.*—è 23 Jan.) et Oct.

Rub. **In D. Fernen.** S. Ignatii, Ep. et M. *dupl.* d. f. (Feb. 1). Ll. 1 N. *Incip.* ut sup. In 2 Vesp. com. Dom. et S. Marcelli, M. (*semid. simplf.*—è 16 Jan.)

13b

vii.—12. *Alb.* ✠ DOMINICA VI. post Epiph. **S. Titi,** Ep.C. *dupl.* d.f.(in Brev. ad 6 Feb.) (m.t.v.) Ll. 1 N. *Incip. Ep. ad Hebr.* occ. 9 l. hom. et com. Dom. in L. et M. *Credo.* Ev. ult Dom. Vesp. de seq. (m.t.v.), com. præc. et Dom.—*Alb.*

Virid. **In DD. Cassil. Limeric. Kildar. et Leighlin.** De Dominica, *semid.* ut in Psalt. et prop. 9 l. (è trib. una) et com. S. Raymundi de Penn. (è 23 Jan.) in L. (*Suffr. Ss.*) et M. 3 Or. *A cunctis.* Dic. *Gloria* et *Credo.* Ad Prim. Symb. *Quicunque* et *Preces Dominic.* Vesp. de seq. (m.t.v.) com. Dom. et S. Raymundi (è 2 Vesp.)—*Alb.*

Alb. **In D. Ardaghen.** De Dominica *semid.* ut in Psalt. et prop. 9 l. (è trib. una) S. Raymundi,C. (è 23 Jan. et com. ejusdem et Oct. in L. et M. Dic. *Gloria* et *Credo.* Non dic. *Suffr.* nec *Preces.* Vesp. de die Oct. (ut in 1 Vesp. festi) com. Dom. et S. Raymundi.—*Alb.*

